

Dissertatio inauguralis exhibens diariam / [Georg Hermann Bartheldt].

Contributors

Bartheldt, Georg Hermann.
Rolfinck, Werner, 1599-1673.
Universität Jena.

Publication/Creation

[Jena] : [Nisius?], [1668]

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/hgnagsn3>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

DISSERTATIO INAUGURALIS
exhibens

DIARIAM.

Hanc

DEI SUFFULTUS GRATIA,
DECRETO

Splendidissimi medici Senatus,

P R Æ S I D E

VIRO

EXCELLENTISSIMO ATQVE EX-
PERIENTISSIMO,

DN. GUERNERO ROLFINCIO,

Philosophiæ ac Medicinæ Doctore, Thera-
peutices & Chimiæ Prof. publ. famigeratissimo,
academiæ Seniore gravissimo,

Dn. Patrono ac Præceptore suo æternum colendo,

PRO LICENTIA,

summos in arte medicâ honores, insignia privilegiaque
Doctoralia solemniter ac legitimè capeßendi,

πλαττα Φιλιατρῶν διασκηψήσῃ *submitte*

GEORGIUS HERMANNUS Barthelde /

ROTENBERGA HASSUS.

IN AUDITORIO MAJORI,

horis ante & pomeridianis,

Die XII. Julii, ANNI M DC LXVIII.

J E N Æ,

Literis NISIANIS.

Θεὸς θέλοντι, καὶ ἐπὶ ῥιπὸς πλέοις

καὶ

Τῷ γὰρ πονεῖν καὶ Θεὸς συλλαμβάνει.



CLARISSIME

CANDIDATE,

Sollicitæ educationis in
te observo vestigia. Prima
studiorum tyrocinia subiisti, in
patriâ scholâ politiorum litera-
rum cultrice, & propagatrice, fu-
gientium musarum asylo, in quâ
humaniora, Latio & Græco quæ
proferri solent ore, non solùm pri-
moribus delibantur labris, sed et-
iam singulari excoluntur exemplo.
Inde uberioris ingenii culturæ
capesendæ scopo missus in Aca-
demiam

demiam Marpurgensem, post in
Gieffensem, uberrima invenisti do-
ctrinarum in philosophicis & me-
dicis studiis incrementa.

In Salano hoc Athenæo servan-
dorum hominum arti addictus pa-
rentum in oculis habuisti monita;
piæ & modestæ operam dedisti vi-
tæ; institutionum medicinæ gene-
ralis & specialis commentatoriæ,
consultatoriæ & renunciatoriæ do-
ctoribus vacuas præbuiisti aures, &
modò in anatomico theatro, mo-
dò in hortis, modò in chimico la-
boratorio comparuisti.

De consilio parentis jussus alic
sub sole calentes invisere oras, &
varios

varios hominum intueri mores,
adiisti bellicosam Angliam, & Hol-
landiam, utramque simul & Palla-
dis & Mavortis in mediis flammis
ardentem. Vidisti Heroas in armis
florentes, & in literis eminentes.

Redux in oras nostras nomen
apud inclytam nostram faculta-
tem professus, in candidatorum
numerum es receptus, nemine dis-
sentiente.

Nunc egregio practico specimi-
ne, in quô DIARIÆ febris *διάγνωσις, αἰ-
τιώσις καὶ θεραπεία* exponis, publicâ in
Asclepiadeâ cathedrâ summos in
medicinâ ambis honores.

Ad

Ad praxin nunc totum te verte,
valetudinis gratiâ tuendæ. Suc-
curre ægris morborum mole
presfis.

Sic tandem desideratis frui ho-
noribus, & speciosis ex divite praxi
gaudere poteris gazis, tanto cum
succesfu, ut dicere possis ;

OCCUPAVI TE VAGA FORTU-
NA, ATQVE CEPI, OMNESQVE ADITUS
INTERCLUSI, UT AD ME ASPIRARE

NON POSSIS.


Dabam in DUCALI SAXONICÂ
ad SALAM ACADEMIÂ,

ANNO MDC LXVIII.

XII CAL. AUGUSTI.

G. ROLFINCIUS, ACADEMIÆ

SENIOR.





D. O. M. A.
DISSERTATIONIS

DE
FEBRE DIARIA,

CAPUT I

procœmium continet.



Nvidendum hominis est encomium: *Hominis est*

ὁ ἄνθρωπος θεῖον ζῷον, καὶ θαύμα θεῖον *encomium,*

est, homo divinum est animal & miracu-
lum divinum.

Est animal admirandum
& adorandum.

ADORANDUM pro-
pter mentem immortalem, præpotenti
Deo simillimam: ADMIRANDUM pro-
pter tabernaculum tanto artificio conflu-

tum, tantâ sapientiâ coagmentatum. ADORANDUM
propter operationes mentis, cœlestis eminentiæ æmulas:
ADMIRANDUM propter innumeram partium varietatem, &
spectaculorum in macrocosmo occurrentium sublimitatem.

Inter plurima talia occurrunt meteora ignea, corusca-
tiones, faces, chasmata, quæ repræsentant calidæ in febribus *adsunt in*
erumpentes humorum & vaporum elevationes. Sæpe *microcosmo.*
μαρυγαὶ καὶ λαμπρόνες πυκναὶ καὶ οἷον ἀστραπαὶ αἰφνίδιοι, πυ-
ρώδεις, splendorès & veluti fulgura frequentia, subita & arden-
tia oculis observantur.

Ignem in nobis esse testantur oculi. In capite Asca- *Ignea.*
nii, Aeneæ filii, fatalis cum patre subeuntis discrimina exiliū,
apex in igneum pyramidale fastigiatus apparuit cacumen.

In Laviniae virginis crinibus flamma apparuit. Scintillas capillorum igneas plurima confirmant experimenta.

Erysipelata nihil sunt aliud, quàm πῦρ quoddam αἴρετον silvestris ignis: excitant ignis ruborem, & membra reddunt, ut ab igne ambusta.

etiam in
corde.

Stupendum naturæ miraculum occurrit in centro vitæ, CORDE. Hoc sospitatis autor publicæ Vestalem illum sacrum ignem, calorem vitalem, influentemque spiritum constantiâ tam mirâ & invictâ, tam infragibili communicat justitiâ, ut nulla in microcosmo pars sibi in necessario calore suppeditando defuisse conqueri posset. Symbolum ejus est adamantinis characteribus septo ejus inscriptum: ὠφελὲν, μὴ βλάπτειν, prodesse non nocere. Contingit tamen sæpenu- merô, quod more montis Vesuvii, qui in naturali statu a- gros circâ radicem montis mira fertilitate fovebat, fontes exhibens frigidissimos, cum exardescit in flammâ, totam, contristat viciniam, ita & illud totam microcosmi perturbet œconomiam, cum febrilibus æstuat incendiis.

Horum in numero occupat locum Diaria febris.

Utilitas hu-
jus contem-
plationis.

Ejus accurata notitia utilis est maximè: frequens enim est, & nisi benè ejus habeatur ratio, in alias febres degene- rare potest.

Supremum numen, sine cujus auxilio omnis nostra in studiis peregrinatio miserabilis quædam est erratio, adnuat!

CAPUT II. Definitio nominalis,

1. Ονοματο-
λογία, nomi-
nis defini-
tur.

ἑμωινυμία.

NOMEN indicatum ab Hippocrate, antiquissimum est, ἑφημέρα. Ἐφημέρα, ἢ μάλλον ἑφημέριον æquipol- lent.

Πολύσημον nomen hoc est, & attribuitur. 1. ANIMA- LI cuidam perfecto, quod circâ Hypanin fluvium apud Bos- phorum Cimmerium ὑπὸ τροπικῆς θερινᾶς sub solstitio, seu tro- picis æstivis cancri nascitur, & eodem die denascitur. Me- minit

minit hujus Philosophus 5. *histor. animal. cap. 19.* ὑπάνην ποταμὸν πὴν παρὰ Βόσφορον τὸ Κιμμερικόν, ὑπὸ τροπᾶς θερινᾶς, καταφέρονται ὅππῃ τῷ ποταμῷ οἷον θύλακοι μείζους ῥαγῶν· ἐξ ὧν ῥηγνυμένων, ἐξέρχεται ζῶον πλεωπὴν τετραπόδιον, ζῇ δὲ καὶ πέτεται μέγρι δαίλης· καταφερομένης δὲ τῷ ἡλίῳ, ἀπομαραίνεται, καὶ ἅμα δυομένης ἀποθνήσκει, βιοῖα ἡμέραν μίαν, διὸ καὶ καλεῖται ἐφήμερον. *Hypanis fluvius apud Cimmericum Bosphorum, sub solstitiō, defert veluti folliculos acinis majores, quibus quadrupedes volucres erumpunt: quod genus animalis in postmeridianum usque diei tempus vivit, & volat: mox descendente sole marcescit & languet: deinde occidente emoritur, vitā non ultra unum diem peractā: unde ephemerum, id est, diarium appellatum est.*

II. INSECTO & culici vinario eadem vox attribuitur, quod unum vivat diem. Ζῶα ἐφήμερα οὕτω κέκληται, λαβόντες τὸ ὄνομα ἐκ τῆς μέτρης τῆς κατὰ τὸ βίον, inquit *Aelianus de animal. lib. 2. cap. 4.* πέπτται μὲν γὰρ ἐν τῷ οἴνῳ, καὶ αὐτοχθέντος τῆς σκεύους πᾶδε ἐξέπη, καὶ εἶδε τὸ Φῶς, καὶ πέθνηκεν. ἔκῃν παρελθεῖν μὲν αὐτοῖς ἡ Φύσις ἔδωκεν εἰς τὸν βίον: τῶν δὲ ἐν αὐτῶν κακῶν ἐρρύτατο τὴν περὶ τὴν: μή τι τῶ ἰδίῳ συμφορῶν ἠδ' ἡμέροισι μή τι μὴν τινος τῶν ἀλλοτρίων μάρτυσι γεγνημένοις. *Animalia ephemera idcirco sunt appellata, quod id ætatis vivunt, ut uno die cursum vitæ conficiant. Et fece enim vini (acescentis) originem trahunt, apertoq; dolio ut in lucem suscepta sunt, è vitâ excedunt. Nam ingredi quidem in vitam natura illis dedit: malis verò quibus vitâ referta est, celerimè liberat priusquam vel propriam, vel alienam ullam calamitatem sentiant.*

III. VEGETABILI seu plantæ cuidam nomen idem attribuitur à *Dioscoride libro 4. & quidem duplici: 1. colchico seu bulbo agresti cap. 82. 2. iridi verò cap. 83.* Hujus etiam meminisse videtur *Plinius nat. histor. libro 25. cap. 13.*

IV. Libro cuidam attribuitur Romanorum, nomen ephemeris, in quem παρὰ, transactiones & gesta singulorum dierum

dierum conferebantur. Inde Cicero pro Quintio scribit :
eum profectiois suæ diem in ephemeride invenisse.

V. FEBRI etiam huic nomen idem attribuitur, ob similitudinem cum his memoratis animalibus, & vegetabilibus quæ uno die suum ortum vident & interitum. Ενίοτε, scribit Galenus 2. Περὶ τῆς μεθόδου cap. 2. τὸ δὲ τῶν πρὸς τι τῶν ἐκλὸς ὁμοιότητι morbis nomina interdum imponuntur à similitudine ad extra positum.

Talis ephamera unius diei durat spatium, autore Galeno 9. Περὶ πεντηκῆς μεθόδου cap. 1. Ἐστὶ δὲ τῶν γῆρας τῶνδε τῶν πυρετῶν, εἰς ὃ παροξυσμός, ἡμέρα μιᾷ περιγεφύρομεν ὡς τὸ πολὺ κατὰ γὰρ τὴν ἑαυτῶν φύσιν. ὅσα γὰρ ἢ διὰ τὴν τῶν ἰατρῶν ἀμαθίαν, ἢ διὰ τὴν τῶν καμνόντων ἀκολασίαν, ἢ διὰ τὴν τῶν ὑπερτενόντων πλημμέλειαν ἀμαρτανόμεθα πρὸς τὰς τοιαύτας πυρετὰς εἰς ἑπρόν τι γῆρας αὐτὰς μεδίσησιν, & κατὰ τὴν οἰκῆον αὐτῶν ἀποβαίνουσι φύσιν. εἰδέν γὰρ δήπερ θαυμαστὸν ἐκ τῶν ἀμαρτανόμεθων & μηκύνεσθαι μόνον ἢ μεταπίπτειν εἰς ἑπρόν τι γῆρας ἢ πινῆν τῶν νόσων, ἀλλὰ καὶ γῆρας εἶναι νῦν, ἐμπεσοῦν ὅτι εἶναι. ὅπως γὰρ εἰδὲ ποῖς ὑγιαίνουσιν ἀμαρτάνειν ἀσφαλὲς χολή γ' ἀκίνδυνον ἄν ποτε ποῖς κάμνουσι γῆρας. Est autem hujus febrium generis unica accessio, uno plurimum die ex ipsius saltem naturâ circumscripta. Quippe quæcumque vel per medicorum ignorantiam, vel agrorum intemperantiam, vel ministrantium errorem in ejusmodi febribus commissa in aliud ipsas genus transferunt, hæc suæ naturæ sponte non incidunt. Non enim est profectò mirum, si per ea, quæ delinquuntur, non solum porrigatur, aut in aliud genus transeat, morbus quis, sed etiam, cum prius non esset, nunc excitetur. Nam cum iis, qui integri sunt, delinquere non sit tutum, haud quaquam id agris sine discrimine contingat.

Quid Galenus per spatium unius diei intelligat, in calce ejusdem capituli subjungit, inquiens : λέλεκται γὰρ ἑμπεσοῦν ὡς πεπλάτων καὶ εἰκοσιν ὥρων ὀρεόν. Ἰσὶ τῆς ἡμέρας λεγομένης ἡμέρας, ὡς συναριθμηθῆναι καὶ τὴν νύκτα τῷ ὀνόματι τῆς ἡμέρας.

Dictum

Dictum est supra viginti quatuor horas esse sic appellatæ diei spaciū, utique ut nomine diei nox quoque unâ comprehendatur.

Non autem ita striotè semper sumitur, aut hanc comprehendit solam, cujus causa procatarctica est, & jam abiit, aut unius diei terminum adeò arcto jure præfinitum habet, ut si transeat, jam alteram subeat naturam, sed etiam notat aliam, cujus causa intrinseca est, & ad plures extenditur dies, intereà tamen nomen illud retinet.

Οὐ γὰρ, inquit Galenus *Περὶ πνευλικῆς μεθόδου lib. 9. cap. 1.* ἡ γὰρ δὴ τῆς γ' εἰσίας ἦν αὐτῆς τῶν τοιούτων πυρετῶν, ἐφήμερος ὄνομα. προσήγορίας δ' οἰκείας ἀπορῶντες ἕνεκα σαφὲς καὶ συντόμως διδασκαλίας ἀπὸ τῆς πολλάκις αὐτοῖς ἐπὶ ἰατρῶν τῶν νομῶν ἐθέμεθα. Neque enim profecto de substantiâ ipsâ talium febrium est diaria vocabulum: verum convenienti nomine destituti, clario-
ris breviorisque simul doctrinæ gratiâ, ab eo, quod sæpius ei accidit, nomen indidimus.

Sub ὁμωνυμίαν cadit, quod Hæctica nomine ephemeræ insigniatur. Habet enim ratione numeri indicationum & indicatorum cum ephemerâ convenientiam, ut quæ non habet causam præsentem, adeoque nec hujus ratione præservatoriam indicationem. Unde hæctica febris est quasi diaria continua.

Varia diaria habet nomina. πνευματώδης, πεμφυγώ- Συωνυμία, σης spiritusosa & flatuosa dicitur. A Coo alicubi vocatur πυρετός ἢ ἀπὸ χολῆς febris non ex bile. Ephemera autem plurium dierum πολυήμερος ἢ ἐκτεταμένη πυρετός plurimum dierum & extensa febris dicitur. Cornelius Celsus lib. 3. cap. 5. purioris religiosus observator dictionis vocat febrim, quæ semel tantum accedit, deinde desinit. Thomas Campanella medic. lib. 7. cap. 3. spiritalem febrim vocat.

Gallicè l'ephemere, ou celle fievre d'un jour se passe le mesme jour qu'elle a commence.

Italicè l'efimera, ò quella d'un di si finisce al medesimo giorno che ha cominciato.

Hispanicè là epemera, o diaria, Fenece, ò termina en el mismo en què empeffò (alomenos contando und dia natural. Desde la hora en què principia.)

Germanicè das Fieber von einem Tag/höret auf und endet sich an dem Tage/an welchen es angefangen hat.

Belgicè de Roos, ik ben wat Roosachtig in 't Lyff.

Ετυμολογία
ἢ παρωνυμία.

DERIVATUR vox hæc ἀπὸ τοῦ ἑφῆ, quod à Φαί-
νω vel inusitato βάω *incedo*, duro, & ἡμέρα dies tempusve.
Ac dicitur ita, quasi ἑφῆ ἡμέρα per syncopen ἑφήμερα.
Βίη vita & ἡμέρα dies, quasi ἑμερῆ ἡμέρας diem unicum vel
ultra, durans, vel potius ἡμερόβιον feu ἡμερόβιον πυρετός.

De hac febre ephemerâ propriè dictâ exquisitâ famo-
siore, unum diem naturalem horarum 24. durante agemus;
simul tamen & aliam ephemeram non re sed nomine talem,
quæ ad plures nonnunquam dies extenditur, minus exqui-
sitam nomine primi analogati dignabimur, & simul consi-
derabimus.

CAPUT III. Definitio realis.

IN πραγματολογία occurrit definitio realis synthetica &
analytica,

Definitio
synthetica.

DEFINITUR syntheticè intemperies calida cordis &
totius corporis, unius vel plurium dierum intervallô actio-
nes lædens, dependens ab accensione spirituum vitalium.

FORMALIS, quæ generis notionem repræsentat, ratio,
ut investigetur, tenendum febrim esse rem præter naturam,
cum labefactet vires, naturamque corrumpat.

SYMPTOMA esse nequit: ὅτι ἔχει τὴν οὐσίαν ἐν
τῷ γίνεσθαι, μὴδ' ὅτι ἐπὶ πάθος ἀπὸ γένεσθαι, οὐκ ἔστιν ἐν τῷ
non enim habet essentiam in ipso fieri, aut quippiam est morbo su-
pervenienti, ut umbra corpori, nec est in iis, quæ sunt extrâ
constitutionem partium essentialem quæ consistit in tempe-
rie, conformatione, & unitate.

CAU.

CAUSA dici nequit, quia non producit, sed produ-
citur.

MORBUS commodissimè adsociatur, quia definitio
morbi Galenica : ἡ δὲ νόσος ἐστὶ διάθεσις παρὰ φύσιν τῆς
ἐνεργείας ἐμποδιστικὴ πρῶτως, morbus est dispositio prater natu-
ram, lædens actiones primò, ipsi competit: estque in iis, quæ
constituunt essentialem constitutionem partium.

Cum tria sint essentialis naturalis constitutionis genera:
sanitas partium similarium, dissimilarium & communis uni-
tatis, totidem, erunt τὰ γένη τῶν σφαλμάτων τὰ αὐτὰ τοῖς
τῶν ὁρετῶν αὐτῶν συμπληρῶσι, vitiorum genera cum his quæ vir-
tutem perficiunt, nempe morbi intemperiei, conformationis,
& solutæ unitatis.

Ad intemperiei morbos commodè referri potest .For-
malis ratio est intemperies calida.

Nonnulli volunt addendum vocabulum mitis: sed hæc,
non est differentia ephemeræ specialis. Docuit enim Gale-
nus, adesse febres quasdam putridas, nec non etiam pesti-
lentes, in quibus mitis appareat calor.

Communem sortem febris hæc habet cum aliis fe-
bribus, quod ad ignem accedat natus calor, non
differat tamen specie, sed gradu solùm. Non fit ἀλλὰ sed
ἅλλοι.

Cum siccitate ejus formalis ratio non communi-
cat.

Formalis ratio consistit in duratione unius diei natu-
ralis vel plurium.

ACTIONES læduntur omnes, imprimis autem
vitales

Objectis at-
luitur.

Neque hæc brevis duratio ipsi adimit characterisimum
morbi, qui est res permanens & stabilis: neque etiam actio-
nes apparentes quasi non læsæ: Permanentia morbosa ipsi
demi nequit. Ephemera est qualitas motu & actione effi-
cientis causæ introducta, quæ terminum suum attigit, licet
temporis ratione brevis sit, & transiens quasi videatur. Dein-
de

de etiam actiones laeduntur, omnis febris natura consistit in alteratione, terminus autem alterationis est læsio.

CAPUT IV.

ὁ τόπος πεπονθὸς designatur.

τὸ ὑποκείμενον.

SUBJECTUM UT QVOD, est Homo, qui à diariâ afficitur. SUBJECTUM, UT QVO PRINCIPALE seu CAUSALE est COR, secundum subtiliorem spirituosam dictam sanguinis partem, & solidam *σπερματοειδὴ καὶ ἰσώδην musculocarnosam fibrosam.*

CALOR in solidâ parte vix aut planè non habet rationem morbi actuati per novi gradûs additionem. Calor qui inest spiritibus habet rationem efficientis. Remotò calore spirituum removetur & calor solidorum cordis, redeuntque ad naturalem statum eo remoto omnia.

Cum brevis hæc febris sit periodi, aliunde fieri nequit, quàm à re citò dissolubili. Talis autem est spiritus.

Quid spiritus.

Spiritum quidem distinctam à sanguine partem esse innuere videtur Galenus s. de simpl. medicam. facult. cap. 9. καὶ δὴ, inquit, καὶ περιέχεται μὲν ἐν ἅπασιν τοῖς τῇ ζωῇ μέλεσι τὸ πνεῦμα φάρμακον ὅμοιον δ' εἶναι πανταχοῦ το κατὰ μέρος καὶ τὸ αἷμα. Eum spiritum in omnibus animalibus partibus, sed non undiquaque esse sui similem, veluti nec sanguinem esse dicimus.

Explicatio Castrensis.

Rodericus Castrensis de meteoris microcosmi lib. 3. cap. 11. Sufficit, inquit, scire, triplici constare substantiâ membra corporis nostri: quædam appellatur volatilis, & facilè à febre dissipatur, utpote tenuissima: scilicet est corpus tenuissimum, ac subtilissimum, calidum & purissimum, & tenuissimâ maximè sincerâ parte sanguinis genitum, ideoque à sanguine diversum, per se & separatim subsistens. Huncque spiritum, dum in corde subsistit ἐμφυτόν, insitum, dum per universum corpus cum calido transmittitur, vocant ἐπιρροϊκόν, influentem. à sanguine diversum, per se & separatim subsistentem.

Verior

Verior tamen sententia illorum, qui spiritum à sanguine reverà & specie distinctum non agnoscunt. Non est o-
pus, inquit Harvejus lib. de generat. animal. exercit. 17. spiritum
aliquem distinctum à sanguine quærere. Nihil sanè in cor-
pore animalium à sanguine prius ac præstantius reperitur,
neque spiritus ab illo separati inveniuntur.

Sanguis iisdem virtutibus, quæ aliàs spiritibus attribu-
untur, dotatus, agendique potestare præ ceteris præditus,
καὶ ἐξ ὧν spiritus nomen meretur, quia & ubique præsens,
& ocyssimè huc illuc permeat.

Quemadmodum subtilissima spirituosæ sanguinis hæc pars
facile dispergitur, levique negotio evanescit; ita & febris,
inde quæ gignitur, brevissimo discutitur tempore.

Diaria spiritibus animalibus adscribi nequit ἀπλῶς, sed Non adfici-
solum κατὰ π. Ortum primum debere potest animalibus: untur spiri-
ab iis prima potest nasci ἀφορμὴ, complementum autem, tus anima-
addunt vitales. In se considerati animales spiritus in dia- les.
riâ nihil patiuntur. Confirmat id animalium actionum inte-
gritas, spiritibus vitalibus incensis solum turbantur.

Solidæ cordis partes INÆQUALITER adficiuntur, non
secundum omnem dimensionem, sed secundum partes ali- Ta πρὸς
quotas. μέγεα.

Afficitur autem cor vel per essentiam, vel per consen-
sum. PER ESSENTIAM, quando spiritus in corde con- Modus affe-
tenti accenduntur primò, ut in animi adfectibus: ctionis cor-
PER CONSENSUM, cum aliunde communicato fervore, vel dis..
à sanguine vel aliis humoribus mali origo.

Helmontius lib. de febribus cap. 10, t. 7. diariam stomacho ad-
scribit. Grembsius libro de arbore integrâ & ruinosâ, tract. de fe-
bribus thesi 67. docet: diariam sedem habere in cavo stoma- dogma ven-
chi, plerumque ex vitioso cibo, unde vomitu peracto febris tilatur.
cessat

Concedi potest à cruditatibus ciborum & chyli sangui-
næ massæ communicatis accensionem talem ephemeram
communicari posse.

Curiosa opi-
nio.

Franciscus Piens tractatu de febribus in specie cap. 1. quod fe-
rè in omnium ore versatur medicorum, ephemerarum sub-
jectum esse spiritus, *ἡ ἀμυδρία* opus habere statuit. 1. Sub-
jectum febris stabile debet esse. Spiritus sunt in perpetuo
motu volatili. 2. Spiritus dum accenduntur, vix possunt in
volatili hoc motu ad 24. horarum spatium perdurare, quin
antea deficiant ac resolvantur. 3. Imò neque tum sunt in-
esse, sed in perpetuo fieri. Sunt *ἐν τῷ ψυχρῷ, οὐ γερωνέουσι*.
Firmum ergo affectum producere non possunt. 4. Ne-
que minuit has difficultates effugium spirituum insitorum.
Hi enim non agnoscuntur; deinde parerent morbos diutur-
niores & tenaciores. 5. Tanta hæc difficultas est, ut non-
nulli solidas corporis partes in ephemeris etiam affici sta-
tuerint.

Johannes Primerosius libro 1. de febribus cap. 4. t. 1. triplicem
statuit ephemeram accommodatam ad ternarium numerum,
virtutum vitalium, animalium, & naturalium, ab *Abuali* libro
Isina adsignatum *canonis libro 1. sect. 1. doctrinâ 6. cap. 1. unam*
vocat cerebralem, accenso animali spiritu ex ardore solis;
cordialem accenso vitali: & hepaticam, naturali calefacto
ex alimentis. Sed *Abuali* hanc divisionem non proponit.

Waleus med. pract. vult cor principaliter affici quoad spi-
rituosam substantiam, dein quoad solidam, hocque triplici
modo (1) quatenus spiritus animalis vitiat in cor influit.
(2) quatenus vitalis in corde vitatur. (3) quatenus in cor-
de sanguis coafficitur.

Ἐν ἡπατι

Omnia hæc ad pacatum sensum trahi poterunt.

CAPUT IV

causam diariæ febris exponit
immediatam ex mente Galeni.

Τὸ αἴτιον **E**A est accensio spiritus, seu tenuissimæ sanguinis partis
ἀπὸ τοῦ *accensio.* *ἡ* quæ à Galeno 1. de diff. febr. cap. 1. *ἀερώδης* aeria appellatur.
Hæc

Hæc sola cor ita disponere potest & irritare, ut ad tempus ob æqualem illam irritationem celerem edat pulsum.

Confirmatur accensio spirituum autoritate Galeni, qui de differ. febrium cap. 5. παλαιῶν δόγματῶν, ὅτι πάντα πυρετὸν ἔστι τῆ τῶν χυμῶν σήψης φάσκοντῶν γνέσθαι, antiqui dogmatis, omnem febrem ex humorum putredine fieri asseverantis. Et ἄξιον consilium seu opera pretium iudicat idem exactius considerare. Κι. δινεύει γὰρ ἔν δοξάζειν ὥδε, καὶ ὁ τῶν ἀπ' Αθηναίων χορὸς, ἄνδρες οὐχὶ Φαυλότατοι τ' ἄλλα τῆς τέχνης, καὶ οὐχ ἥκιστα πυρετῶν Ἰππισήμης. Periclitatur enim in hoc dogmate omnis ab Athenæo chorus: viri tum in ceteris, quæ ad artem pertinent, tum præsertim in febrium contemplatione minime contemnendi.

Subjungit, se his maximâ ex parte consentire, unicâ exceptâ febri diariâ. Οὐ γὰρ μοι δοκῶσιν ἔτι σήψειν ἔπεσθαι χυμῶν neque enim mihi videntur hæ humorum sequi putredinem.

Confirmat hæc inductione febris à radiis solaribus, irâ, motu corporis, cutis astrictione, & bubonibus excitatæ. Αλλ' ὁ μὲν ἐπ' ἐγκαύσει πυρέξας ὑπὸ τῆς ἑ δρῶντῶν αἰτίης θερμασίας ἀλλοιοῦσθαι πεφυκε. τῷ δ' ἔστι θυμῷ πυρέτῃοντι καὶ τούτῳ ζέσειν μὲν τινα γνέσθαι ἔκκατὰ τὴν καρδίαν αἵματος ἀναγκασιον, οὐ μὲν ἤδη γε καὶ σήψιν. οὕτω δὲ καὶ τῷ γυμνασασμῶν πλείονα θερμασίας ἀνιῆσθαι ὡς τὰ φύσιν ἄνευ σήψεως χυμῶν. καὶ ὅστις ἐπυκνώσῃ τὸ θερμα δερμύττετα ὡς τὴν αἵματ' δι' αὐτὸ κενούμην αἰθρησθῇ τῶν ἐκείνων, ἐπύρεξεν ἄνευ σήψιδόντῶν χυμῶν. καὶ μὲν δὴ καὶ οἱ ἔστι βεβῶσι πυρετῇ οἱ πάντες κακοὶ, πλὴν τῶν ἐΦημέρων Ἰπποκράτους πᾶ Φησι, καὶ τοὶ καὶ ὁ βεβῶν ἐκ ἑ γνέσθαι φλεγμονῶν, καὶ σύμφημι κατὰ γε τοῦτο τῷ τῆς σήψεως λόγῳ. διὰ τοῦτο γὰρ ἔστι ταῖς φλεγμοναῖς πυρέτῃσιν οὐχ ὡς ἐρρασιγράτῶν ὑπελάμβανεν, ἀλλ' ὅμως εἰσὶ τινες ἔστι βεβῶσι πυρετῇ τοῦς γένους τῶν ἐΦημέρων. Sed qui quidem ex solis incendio febricitat, ab agentis causæ caliditate alterari naturâ aptus est. Qui verò ex irâ, & huic fervorem quidem aliquem ejus, qui circa cor sanguinis fieri est

necessarium, non tamen etiam putredinem. Sic & ei, qui supra modum exercitatus est, vehementior caliditas præter naturam sine humorum putredine in corpore accenditur. Et cui cutis adstricta est, cum prius aciores, superfluitates eam evaporarent, postquam retenta sunt ac coacervata, incidit in febrem nullâ interveniente humorum putredine. Et qua ex bubonibus febres oriuntur, omnes sunt malæ, exceptis ephemeris, quodam in loco inquit Hippocrates. Et quidem bubo ex genere est inflammationum; & quantum ad hoc, assentior illi qui de putredine sermoni: ejus enim ratione ex inflammationibus, quas Græci phlegmonas vocant, febricitare contingit, non ea, quam Erasistratus opinabatur. Sunt tamen quædam ex bubonibus, è genere ephemerarum.

Pereda.

Paulus Pereda Galenum imitatus lib. 2. scholio 1. spiritus vitales ratione putredinis febrim excitare diariam posse negat strenuè. 1. quia non possunt obstructions parere: neque absque obstructione putredo excitari valet. 2. spiritus, cum continuo sint in motu, putrescere nequeunt. 3. non habent humiditatem excrementitiam. Absque hac autem nulla est putredo.

CAPUT V.

Prosperi Martiani Hippocratici interpretis cordatissimi sententia, libro de naturâ hominis versu 274. simplicem accensionem agnoscentis.

Martiani opinio.

Postquam omnes morbificas causas reduxerat ad vitium circa humorum quantitatem, qualitatem ac eorum disgregationem seu causas omnibus communes, humorum tamen disgregationem ita febri convenire statuit, ut sine eâ febrim admodum rare fieri contingat. Ut à decente τὸς μίξεως τῶν πρῶτων mixture modo contemperatio humorum, & sanitas eorundem, ita si aliquis eorum aut minus fuerit aut amplius, sepa-

separatus in corpore & non fuerit reliquis contemperatus, mor-
bosa sequitur febrilis dispositio. Accenduntur ut plurimum inæ-
qualiter, mole vel virtute: nonnunquam tamen æqualiter ac-
cenduntur, ita ut unus alium non superet aut mole aut virtute.

Rarò contingit hæc febris, nonnunquam tamen ob-
servatur.

Mentionem ejus facit *Cous lib. 4. de morbis*, vocatque, *οὐκ ἀπορρον καὶ ἰσχυρὸν, καὶ νόσημα μόνον διὰ πάσης τῆς ἰκμά-
δος* febrim nec periculi expertem, & morbum ab omni humore: &
talem esse subjungit febrim, in quâ humores ita incendun-
tur, ut secundum substantiam patiantur.

Differre hanc aî, ab illâ febre, in quâ simplici alte-
ratione incalescunt; cujus naturæ ephemeræ censentur,
febres, & illa quam morbum ab omni humore vocabat Hip-
pocrates:

CAPUT VI

mediatas proximiores ac-
censionis hujus spirituum causas
aggreditur, i. putre-
dinem.

Franciſcus Vallesius *controversiarum medicarum & philosophica-
rum lib. 5. cap. 19.* eam constituit putredinem spirituum,
rejecitque sententiam illorum, spiritus non posse putrescere,
quoniam sunt tenuissimi, & ignei naturâ statuentium.

Ipsæ autem statuit, levi de causâ illos negare, quod fir-
missimis rationibus confirmari potest.

Nam ab *Aristotele 4. meteorolog. cap. 1.* dictum: Omnia, *Rationes.*
quæ non interimuntur vi, per putredinem venire ad interi-
tum. Et in eodem capite paulò infra: *ὅτι περὶ αὐτῶν καὶ τὰ ἄλλα,*
ἰνquit, πλεονεξία πυρὸς, καὶ γὰρ γῆ, καὶ ὕδωρ ὁμοῦ περὶ αὐτῶν. πάντα γὰρ
ὕλη τῶ πυρὸς ἵσθι ταύτῃ. Omnia putrescunt præter ignem.
Etenim terra, & aqua, & aer putrescunt: omnia enim hac sunt

materia igni. Adducit etiam alias rationes, quas consultò silentii velo involvimus, levis valoris. Illud unum, ait, constanter affirmo, posse spiritus putrescere, atque febrim diariam facere, vel putrescentes, vel sine putredine.

Bravo.

Communiter ab unctione, nonnunquam tamen & à putredine diariam excitari posse contendit *ὁμολογῶ*. Bravo *resol. med. part. 3. disp. 1. de febris naturâ sect. 11. resol. 8. 1. Omnia putrescunt præter ignem. Coctio & putrefactio sunt passionnes mistorum. Sed spiritus sunt corpora mista: Fiunt ex aere & sanguine. 2. Si humores putrescunt, ergo & spiritus. Par ratio. Potest enim & his aliqua causa supervenire.*

CAPUT VII.

Tenuioris sanguinis & spirituum accensionem qui amplectuntur diariæ causam mediatam, adducuntur.

Magnâ ingeniorum exercitatione ad sanguinis tenuiorem & spirituosiorum partem se accingunt illi, qui ephemeram veram in tenuiori sanguine, qualis in arteriis continetur, synochum verò in crassiore, qualis in venis reperitur, constituunt.

Harveani.

Harveanis principis addicti facili operâ causam diariæ febris expedire queunt, digito monstrantes motum sanguinis solito concitatioem. Quâcunque enim de causâ ille excitetur, vel motu animi, vel corporis animâ imperante pulsum celeriorum & frequentiorum, arteriosus sanguis Euripi instar ventis agitati pulsatiles percurrit venas: ex hisce inquietus recurrit, & circulo hoc modo aliquoties exacto, calore æstuans cordis spiritus simul accendit.

Meyssonne-
vius.

Meyssonnerius doctrinâ novâ febrium exerc. 4. p. 53. ephemeræ propriè dictæ causam adsignat circulationem sanguinis ex arteriis in venas impeditam à levi aliquâ cacochymia, quæ tamen

tamen retinere possit mercurium coagulantem, contra ignem naturæ stantem, ut in sanguine ferosâ tantum parte superfluo contingit.

CAPUT IIX.

Caroli Pisonis serosæ sanguinis venosi ebullitioni diariæ generationem adscribentis sententia.

Famigeratissimus hic autor, Doctor Parisiensis, consiliarius & cubicularius medicus Henrici. II. Ducis Lotharingia, &c. libro de colluvie serosâ diariarum febrium, quâ unanimi hætenus medicorum consensu unus vitalis spiritus inflammatus pro subjecto habitus fuit, potius statuendum censet, earum omnium subjectum esse designandum aquam, serum, sive serosam sanguinis venosi aut arteriosi partem, ebullientem, vel etiam, fortè putrentem. Non tamen it inficias, spiritum vitalem succendiculi habere rationem sive causæ internæ, quæ principium quidem dat fervoris humori seroso, sed tamen minime foveat, ut quamquam spiritus suæ restitutus est mediocritati, breve intra tempus, ut horulæ, nihilominus fervor ebullitioque serosi humoris itaque in eo ebulliente, febris hærens servet constitutionem legitimam.

Sententiam hanc suam speciosis confirmat rationibus. 1. calor non est igneus, sed aqueus, blandus & halituosus. 2. Pulsus magni, celeres, pleni molles. Esse tales non possent, si spiritus incallescere. 3. Respiratio pulsui respondens naturalis esse videtur, quæ cum spirituum incendio simul stare non posset. Si verò quædam incallescenciæ signa, illa tam referri possent ad serosum sanguinem quàm spiritus. 4. Nulla gravia adsunt symptomata. Ergo non spiritus sed levioris momenti humor in causâ, qui facile accendi & mox defer-

vere:

vère potest. 5. Urinæ sanorum similes, ebullitionem feri citra sanguinis putredinem: 6. Lassitudo generalis, ut & inquietudo corporis plenitudinem feri arguunt. 7. Gravitas capitis & vigilandi impotentia feri abundantiam notant. 8. Solutionis modus citrà vacuationem insignem, aut certè per sudorem, somnumve solùm ferofi humoris sobolem arguit.

CAPUT IX.

Modus VVillifianus, quo à sanguine producitur diaria.

Thomas Willis de fermentatione tres effervescentiæ gradus, sive modos, è quibus febrium continuarum species determinantur proponit: à subtili sanguinis effervescenti vel portione, seu spirituum ebullitione oritur ephemera. Hæc portio enim, inquit, instar spiritus vini de levi quavis occasione ebullit & fervorem concipit, à nimio corporis motu aut animi perturbatione, à calore ambiente &c. seu causis evidentibus, sine quibus rarò hæ febres incipiunt. Et capite eodem pergit: quod si hæc febris protendatur ulterius, itaut ab hoc spirituum motu sulphur seu pars sanguinis oleosa, magis excoquatur, aliquantulum plus dissolvatur, & in corde nonnihil uberius accendatur, calor intensus in toto corpore ciatur, & erit plurium dierum synochus. Quatenus verò sulphur per minutas solummodo partes & non per totum excalefit & inflammatur, iste spirituum fervor brevi compescitur & cessat, & hoc ritu quæ febris excitatur, plerumque intra 24. horas terminatur diciturque hæc febris ephemera. Si ob majorem sanguinis spirituosæ æstus diutiùs prorogetur, rarò triduum excedit. Hæc verò febris dicitur plurium dierum seu ut alii loqui amant, synochus non putrida: ultra, hoc tempus protendi contigerit facile

cilè tunc in putridam transit: scil. hoc fieri à diurnâ spiri-
tuosi sanguinis ebullitione, ubi tandem crassioris sulphuris parti-
cula, incendium concipiunt, indeque totam sanguinis massam
effervescentiâ suâ involvunt. Quemadmodum ☿ terebinthinæ
cucurbitæ inclusus balneo arenæ impositus si calore modico
urgeatur, leniter ebullit, ita & sanguis in febre ephemerâ: sin
verò calor intendatur, liquor impetuosè effervescit, donec in
flammam erumpat, cui sanguinis inflammatio in febre putri-
dâ satis aptè confertur.

CAPUT X.

Francisci Piens sententia de causâ proximiore diariæ.

OMnes causæ cor leviter quæ irritare possunt, ut celerem
edat pulsum, huc conferunt. Irritatio hæc excitatur à
spirituum effervescentiâ & fermentatione, chylosarumque &
sanguinearum partium turbatione.

CAPUT XI.

Acori qui patrocinantur, effervescenti- æ diariæ causam huic adscribunt.

Helmont. libro de febribus peregrino acori causam adsignat.
Sylvius, quondam præceptor fidelissimus, spirituum
accensionem me docuit nasci ex succi pancreatici vitiatæ
aciditate, & bilis ☉le volatili abundantis concursu.
Concursum autem illius succi, & bilis ☉le volatili abun-
dantis talem accensionem ac effervescentiam excitare,
posse, exemplo probamus. Recipere quis potest spiritum
acidum, & bilem, sive sit humana, sive alterius alicujus a-
nimalis, phialæ indere, & affundere spiritum acidum,
nitri, tertiâ circiter ex parte. Tueri ejus vicem potest,
quivis alius acidus. Pone ad solis radios vitrum. Fit
quædam effervescentia. Si talis effervescentia fiat in
fistulâ intestinali, præsupponitur enim concursus ho-
rum

rum diorum humorum in hac fistulâ, halitus hî ascendunt ad ventriculum, partim & chylus inde vitatur, partim vitiosè per lacteas in receptaculum Pecquetianum infusus, & per ductum thoracicum lacteum in subclaviam dextram immisus cordi communicatur, & spirituum talem accensionem facile excitat.

Generatio hujus febris exempla spiritûs terebinthinæ ante allegato commodè illustrari solet.

Ex fundamentis *Tachenianis* acido nimirum & alkali etiam derivari possunt hujus febris fundamenta.

CAPUT XII

indagat diariæ causam ex sententiâ
Paracelsicorum.

Paracelsus quinque suis hypostaticis insistentis principiis, quorum tria sunt formalia, *activa* primis ac præcipuis seminum astralium facultatibus ditata, ☿ ☉ & ☿ nomine insignita, duo materialia *passiva* ▽ & ▽, cum suis adseclis febres ☿reo, & ☉lino nitroso omnes adscribit principio. Ex eorum sententiâ eo modo fit diaria, cum à causis externis sulphur transfertur in suam transmutationem, ut discedat ab officio in morborum generationem. Febrim docet consistere in hac substantiâ, non verò in calore. Homo est microcosmus. Ut in visceribus terræ ex incendio ☿ & ☉, concipitur æstus, ita etiam in corde spiritus vitales ex eorum contrario motu & pugná concipiunt flammulam. Ut chalybis & silicis attritu elicitur ignis mica, ita ☿ & ☉ collisione gliscens spiritûs accensio.

CAPUT XIII

Quid de his opinionibus sentiendum,
breviter exponit.

Aleni de accensione spirituum seu tenuissimarum sanguinis partium sententiâ amplectimur.

Spiri-

Spirituosus est sanguis. Ut vinum dissipatis subtilioribus & tenuioribus atomis, quas spiritus vocant, non amplius est verum vinum, sed evanidus liquor; ita & inutilis ad functiones obeundas est sanguis spiritibus orbatus.

Spiritus hic accensus non in totum abstrahit à sanguine arterioso & venoso, sed subtilissima ejus pars appellari potest. Cum verò præter spiritus, & sanguinis arteriosi & venosi tenuiorem substantiam, crassior concipit calorem, & flammam, hujus si particeps cor fiat, inde resultans febris à diariâ distincta, synochorum imputrium se ad sociat consortio.

Putredinem spirituum ad diariâ constitutionem non censemus esse necessariam.

Sanguinis floris & chyli cooperationem admittimus.

Sero, exercitii gratiâ, difficiles faciemus aditus.

Acores applicari ad præsens negotium posse existimamus.

Paracelsicis voluptuariam suam applicationem non invidemus.

CAPUT XIV

proximiores mediatas causas, secundum essentiae modum consideratas examinat.

Spirituosæ sanguinis atomi, & chylosæ particulae subtiliores debitam proportionem excedere possunt quantitate, qualitate, utriusque debitâ activitate, & motu duplici, generationis & locali.

Non generantur humores hi in corde, febrium centro, ob intemperiem aliquam lentam, sed adfluunt aliunde suppeditato fomite ex aliquâ parte robustiori, fermentatione & segregatione humorum prægressis, quibus confederationis leges rumpuntur.

CAPUT XV.

Mediatarum causarum re- motiorum consideratio.

Sunt illæ, quæ ad levem subtilioris sanguinis & chylosarum
Spartium effervescentiam & fermentationem faciunt, &
oensore Francisco Piens, ita disponunt utrumque, ut levem
cordis irritationem & per consequens celerem ac æqualem
pullum ciere possint.

Omnes hæ sunt procatactica. In ordine earum pri-
mum obtinent locum

Res natu-
rales, tem-
peramen-
tum.

IRES NATURALES, & inter eas TEMPERA-
MENTUM calidum & siccum. In eo spiritus cum sint ca-
lidiores & sicciores, tenuiores & mobiliiores, undiquaque
facilius accenduntur. Qui halitu acri plurimo abundant,
BILIOSI, dum accumulata fuliginum copia & ob caliditatem
siccitatemque fervore concepto facile incalescunt, promptius
hanc in febrem incidunt.

HUMIDA etiam & calida temperie excellentes, qua-
tenus vaporum copia spirituum incensionem ancillatur, in-
clinant.

Habitus cor-
poris.

Ad dispositionem corporum, in febres quæ propendit,
pertinet etiam HABITUS CORPORIS, & CUTIS CONSTITUTIO ratio-
ne laxitatis & adstrictionis. ο δ' ὅτι πυκνώσει τὸ δέρμα, inquit Galenus 1. de differ. febr. cap. 3. ἀναπρόσβλητον πυρετός, ὁποῖόν μάλιστα τοῖς γε συφθείσι καὶ ψυχθείσιν ἔωθε συμπί-
πτεν, ἀθροισμένης ἐν τῷ σώματι τῆς δακνῶδους ἀπορροῆς, γίνεσθαι διαπνεῖται μὲν γὰρ αἰεὶ καὶ τῶν ζώων σώματα κατὰ δι-
τὸν τρόπον ἀπερχομένην μὲν εἰς τὴν αἰσθητήν, ἵνα μὴ τῶν αἰσθη-
τῶν καὶ λιγνυμένων περὶ τὸ σώμα, ἐλκομένης δὲ εἰς τὴν ἐμ-
ψυχέσης τε καὶ ῥιπιζέσης τὸ κατὰ φύσιν θερμὸν αἰετῶδους ἡ-
σίας. ἐπιδοῦν ἐν αἰτία πᾶσι ἰσχυρὰ πυκνώσει τὸ δέρμα, πᾶσι
αἰετῶδους

πρημερίας δίδωσιν στεγνῶσι, πολλάκις μὲν εἰς πληθω-
ρὴν εἰσβάλλει διάθεσιν, ἴσταν αἰμῶδες πὲ καὶ ἀριστὸν ἢ τὸ ἀπὸ-
ρίν, ἐπὶ δὲ ὅτε εἰς πυρετὸν, ἴσταν δερμὺ καὶ δακνῶδες
εἴη, ἥνικα μάλιστα κακὸν τῷ μηδὲν εἶσω τῷ σώματι ἐλ-
κεῖσθαι τὸ ἀναψύχον, ἢ θερμασίᾳ συνεπαύξεται δερμὺ δὲ
ἀπορρεῖ καὶ δακνῶδες πείττωμα τοῖς ἢ φύσι κακοχυμοτέροις,
ὃ ἐδύσματα μεχθηρεῖ περσφερομενίοις, ἢ πολλάκις ἀπιπύσσι.

Quae autem ex densitate cutis accenditur febris, qualis maxime
frigesactis atque adstrictis corporibus solet accidere, mordaci effluxu
in corpore acervato contingit. Semper enim animalium corpora dif-
flantur, idque duplici modo, effusis ad exteriora vaporosis & fuli-
ginosis superfluitatibus, ac rursus intro attractâ refrigerante ac ven-
tilante nativum calorem aereâ substantiâ. Cum igitur aliqua cau-
sa potentior cutem densans, eos, de quibus diximus, meatus angu-
stiores fecerit, saepius quidem in plethoricam dispositionem incidit
corpus, quando & vaporosum & optimum quod effluit, extiterit:
Nonnunquam verò in febrem, cum nimirum acce mordaxque fue-
rit: quo tempore maxime, quam intra corpus, quod refrigerandi
vim habet, non attrahitur, calor simul augetur. Acris autem &
mordax effluit superfluitas iis, qui aut naturâ vitiosos humores,
aut pravis cibariis utuntur, aut saepius cruditatem patiuntur.

II. RERUM NON NATURALIUM in classe occurrit Non natu-
AER. Hic Solis, vel balnei caloribus incensus, ὁμιλία τῶν rales res:
θερμότερων calidorum vicinia spiritus accendere potest. Qui Aër.
diutius sub cane torrido, aperto ad meridianum solem obam-
bulant capite, radiis illius tacti, æstum febrilem facile per-
sentiunt. Hinc nervosum Aristotelis præceptum sect. 1. probl.
54. & δὲ εἰς τὸ ἥλιῳ γομνὸν βαδίζειν, σωίσειται γὰρ ἡ σὰρξ
καὶ κομιδὴν ὑποσπασθήσεται, καὶ ὑγρόπρον τὸ σῶμα: γίνεται, τὸ
μὲν εἰς τὸς γὰρ διαμύνηται. τὸ δ' ἵππολῆς ἀπαλλάττεται. In sole
nudo corpore minime ambulandum, spissatur enim caro, & valde
coalescit, corpusque parte humidius redditur interiore. Quantum enim
humoris residet, aboletur: quantum exterius circa superficiem
mutatur.

Aër agit hæc per se vel accidens.

PER SE causa est, calidus duplici modo: *ἐκ τῆς φύσεως καὶ τῆς*
χύσεως inspiratione & circumfusione. Inspiratio iterum duplex
in pulmones, & ventriculum, intestina & totum corpus.

PER ACCIDENS excitat frigidus aer diariam poros
cutis constipando, & fuliginosos sanguinis vapores, expi-
rare qui debebant, retinendo.

Constellationum cœlestium influxui multum tribuitur.
Natalem diem singulis annis tam ominosum fuisse Antipa-
tro Sydonio Poeta, ut eo non solum ephemerâ semper,
correptus, sed post longam senectam eâ die ab hâc febre,
consumtus & è vivis sublatus fuerit, refert Plinius *hist. natu-*
ralis, lib. 7. cap. 21. Eadem de eodem recenset Valerius Maxi-
mus lib. 1. cap.

Morus.

Ἡ ΚΙΝΗΣΙΣ MOTUS corporis in longiori cursu, equi-
tatione diurnâ & concitatâ, & saltatione continuatâ, ve-
nereo exercitio immoderato, incallescunt interiorum &
exteriorum corporis partium dum excitat, cum in continuo
opere articuli confricentur, ligamentaque incallescant, fer-
vor iste spiritibus communicari potest.

Otium febrim non modò facit spiritalem, *verba sunt*
Campanelle, cum spiritus non ventilantur, neque purgantur,
humores & sordes infestantes eleuantur, sed etiam febres
facit humorales. Otium facit cruditates & sordes. Horum
utrumque sufficit ad ciendum spiritum ad pugnam.

Vigilia.

VIGILIÆ immodicæ, spiritus in continuo motu deti-
nentes, si non immediatè inducunt diariam, januam tamen
illi aperiunt, disponendo ad igniculos promptius concipien-
dos corpora.

A SOMNO spiritales etiam febres accendi docet *Cam-*
panella, propterea quod distributio plenè non absolvitur in
somno, sicut in vigiliâ, sed tantùm concoctio. Neque ex-
crementa satis educuntur, propterea necessum habent spiritus
ad horum expulsionem accendi. Inde tumor in palpebris
& cute totius, & calor vapidus, roridusque, pulsus magnus,
obtus, rarus.

Τὰ προσφερόμενα, ea quæ adsumuntur, alimenta, Ea quæ offe-
 potulenta, medicamenta tenuiorem sanguinis partem faciliè runtur.
 possunt accendere. Frequentior est ex cruditate nidorosa,
 τῆς μὲν διὰ θερμότητος φθορὰν ἐπομένους καὶ ἀπεψίαν κνισ-
 σώδη, ἢ δ' ὁξώδης ἀπεψία ἔκτανυ πέφυκε ταχέως ἀνάπτειν
 πυρετὸν, autore Tralliano lib. 12. quibus ex caliditate; ci-
 borum corruptio nidorosaque cruditas contingit. Acida cruditas au-
 tem non frequenter febrim solet accendere.

Galenus 8. meth. cap. 5. diariam febrim cruditates, quæ
 cum acido ructu sunt, planè non consequi docet, sed quan-
 doque putridam.

Abuali princeps famis sobolem diariam etiam agnoscit.
 Vapores, scribit, in corpore acres redduntur, quando non
 inveniunt alimentum, & febrem generant.

Τὰ ἐκκρινόμενα καὶ ἐπιχόμενα, excreta & retenta, si
 legibus naturæ minus respondeant, metum incutere solent,
 futuræ diarîæ.

Excreta.

Lacte post partum in mammis collecto, & aliàs coa-
 gulato, excretionis legibus se subducente, etiam catarrhi
 falsi atomis leviter fermentatis, similiter etiam cibus & chy-
 lo per pylorum iusto tempore non excretis, diarîæ subori-
 ri solent.

Lac.

Catarrhi.

Cibi & chy-
 lus.

Ex EVACUATIONE diariam oriri, docet Abuali ca-
 nonis libro 4. sect. 1. cap. 20. dum in profluvio alvi agitantur,
 humores & spiritus immoderatiùs moventur: hinc febris in
 iis accenditur. Plerumque ex lassitudine oritur, quæ alvi
 profluvium sequitur,

Alvi fluxu.

VENÆ SECTIONEM etiam subinde consequi sub-
 jungit, quia hæc tollit vaporum humiditatem, & sanguineos
 vapores mutat in fuligines biliosas.

Sanguinis
 missione.

ΣΤΕΓΝΩΣΙΣ utraque, à Galeno 9. θεράπ. μετ' ὧν cap. 1. de-
 signata, 1. Φραχθέντων καὶ μυσάτων τῶν πόνων, καὶ τῶ σώμα-
 τος αὐτῶν πληχθέντων ἀμετέρεστερ, constipatio obstructis exi-
 libus meatibus, & conniventibus, vel etiam corpore ipso densato im-
 moderata, febris hujus causa esse potest. Ἡ δὲ μὲν, breviter

Astrietio po-
 rorum.

Gale-

*Galenus 8. θεραπευτικῆς μεθόδου cap. 2. χωρὶς τῶν ἄλλων ἀπάρ-
τεν, ἵκανὴ γοῖῃσαι πυρετὸς, licet reliqua omnia desint, accen-
dere febrim potest.*

Fit autem id hōc modō. Cum obserantur insensiles
meatus, ἀδιαπνευσία sequitur, & vapores, quo minus tran-
spirent, prohibentur. Hi post instar ignis in cubili amplo,
& undique optimè clauso succensi, interiora ejus calefa-
ciunt.

Αδιαπνευσία retentionem calidi effluxūs, seu transpiratio-
nem prohibitam hæc pororum inducens constipatio & cutis
densatio fieri possunt ab externo frigore, aquæ frigidae bal-
neo, vel sordibus circum poros adhærentibus. Hinc in-
gressuri balnea & hypocausta abradi cutim unguibus primò
jubent.

Περὶ δὲ τῆς ἐγνώσεως, inquit Galenus 8. θεραπευ-
τικῆς μεθόδου cap. 2. γινώσκειν χρὴ, ὅτι καὶ μόνῃ χωρὶς τῶν ἄλλων
ἀπάρτεν, ἵκανὴ γοῖῃσαι πυρετὸς, εἰὰ ἐν εἰρήνῃ τὰς πιαύτας
φύσεις τῶν ἰκείων λέγεων, αὐτὰ πύρεθουσιν. Εἰδέσω δὲ δῆ-
που καθ' ὃν ἐν ῥώμῃ σὺν ὑμῖν διέτριψας χρόνον, ἐνίχως ἔτω
νοσήσαντας. De stipitatione meatuum liquidò scire licet, eam, si re-
liqua omnia desint, accendere febrem diariam posse. Si itaque ejus-
modi naturas à convenientibus sibi lavationibus prohibeas, protinus fe-
bricitant. Vidisti autem profectò, quo tempore Roma nobiscum
egisti, aliquos ita laborare.

Historia.

Primarius vir, circà quartam matutinam sudare ad sue-
tus ad sextam, quoties occupationibus distractus abrum-
pebat, lectumque relinqueret, incidebat in diariam fla-
tuosam, corpore toto ipsi viso subtumido, ita ut eâ ratio-
ne culcitris molli gossypio infarctis lectum repetens, incum-
bere videretur.

*Affectus ani-
mū.*

Τὰ ψυχικὰ πάθη animi commotiones hanc concitare
etiam febrim possunt.

Iratum contemplare, inquit Johan. Georgius Volcamerus
practicā fama & experienciā florentissimus, dissertat. de ephemerâ,
labra spumant, oculi horridâ luce coruscant, mox palle-
re vul-

ra vultum, mox sanguineo iterum rubescere furore vides: nonnullos etiam vario postmodum symptomatum vortice, exceptos miserè vel actos, vel absorptos penitus ex annalibus historicorum hauries. In his quis maximum humorum motum, unde & flammam spiritus agitati concipiant, non percipit? Simili ratione ad generationem hujus febris facere *vigilias, curas, timorem, tristitiam* vult Galenus 2. de *crisib.* 13. *Tristitia* sensim huic feбри viam sternit: dum tamen coarctatos circa cor spiritus concludit, ideoque ii, ceu balnea & camini adaucto interno calore, æstuant. *Timor* ob sanguinis & spirituum ab exteriori ad internam corporis regionem revocationem, & eorundem concentrationem facile hujus febris causa esse potest. In *curis* vehemens spirituum in cerebro detentio.

Antonius Benivenius lib. de abd. morborum & sanitatis causis cap. 62. meminit ephemeræ febris, in quam ipse incidit ex horrore flammæ è pavimento profilientis.

Horror.

IRA, *verba sunt Campanelle*, per se sola & essentialiter febris sedem habens in potestativo, nata ab appetitu propulsandi malum, quod cognoscitivum percepit, judicavitque esse propulsandum, vel extinguendum. Inde sequitur potestativi commotio in calore & tenuitate. Ira hæc non excitat febrim, sed est ipsa febris.

DOLOREM *Abuali Aben Sina* refert inter causas. Interdum ita, *scribit*, spiritum calefacit, ut febrim accendat, sive sit in capite, oculo, aure, dente, colo, hæmorrhoidibus, aut extremis partibus. Excitat dolor febrim tum propter calidas in sanguine quas suscitatur partes, tum ob *vigilias*, animique motus vehementiores, qui spiritus accendunt.

RES PRÆTER NATURAM his adnumerantur. OBSTRUCTIONIS internæ ceu causæ meminit *Galenus*, ejusque curandi modum tradit 8. *methodi cap. 4* Sed ad ephemerarum *nothas* magis, quam exquisitas, accessionis & solutionis ratione accedere videntur. A succis impactis multis crassis, glutinosis cum oriantur, nisi illæ statim removeantur, speciem

Ta' *Obstructio.*

ciem mutant, & in putridam degenerant. Innuit id ipse Galenus loco citato: εἰ γὰρ πολλοὶ καὶ παχεῖς καὶ γλίχρῃ σφαιρωθεῖεν χυμοί, πῶς ὅτι τέτρες πυρετὸν ἀδύνατον ὅτι ἐν τοῖς ὅροις διαμεῖναι τῶν ἐφημέρων. ἐξ ἀνάγκης γὰρ αὐτὸν ὁ ὅτι σήψῃ χυμῶν διαδέχεται καὶ αὐτὸς κακοχύμους φύσας. Hos succos si excipiat febris, fieri non potest, ut intra diariarum fines consistant, cum ex necessitate huic in mali succi naturis ea, quæ ex putredine humorum accenditur, succedat. Et paulo post: ἐὰν γὰρ μὴ διαπνέῃ τῆς πύλης, ἀναγκαῖον ὅτι σαπῆναι τὴν κακοχυμίαν. Nisi succus vitiosus penitus transpiret, necesse est, putrescat.

Inflammatio

INFLAMMATIO alicujus partis ephemeram etiam excitare potest. Ex BUBONIBUS diarias oriri censet Celsus 4. aphor. 55. Sed bubones hi cum boni sint judicio ejusdem Celsi: id est, statim suppurantur & aperiuntur, & dum pus fit, dolores & febres fiant, magis, quam dum conficitur, autore eodem 2. aphor. 47. & ex his diaria suam habeat originem, ortum magis debet putrescenti & in pus abeunti sanguini. Digna notatu verba Galeni 1. de diff. febr. cap. 5. & de causis morb. cap. 2. quibus statuit verè diariam esse. ὅτι τοῖς μὲν, inquit, ὅτι βραδύσι συνεκθερμαίνουσιν, αἰετὸς συνεχὲς, ἢ μὲν θερμασία διαδίδεται μέχρι τῆς καρδίας, ὥστε ἀφικνεῖται γὰρ εἰς αὐτὴν ἢ σπυγδαῖος λυγρῆς, ἀλλὰ αὐτῇ μὲν, πρὶν γεγενημένη καὶ αὐτὴ βραδύτης χωρίον, ἀλλοιωσθὲν μόνῃ τῇ κατὰ τὸ συνεχὲς ὅτι τὴν καρδίαν ἀφικνεμένη τῆς θερμότητος. Ephemera, quæ in inguine humoribus sunt, concalescunt semper partes continuas, donec usque ad cor calor febrilis pervenit. Non pervenit autem ad ipsum putrida fuligo, sed ibidem permanet in loco sanguinis circumscripta, sola alteratione per continuum facta, usque ad cor perveniente calore.

Sennertus lib. de febribus cap. 5. p. 206. judicat febres tales ad putridas continuas symptomaticas referri posse. Possunt enim vapores putridi è bubonibus cordi communicari, cum iidem in bubonibus ita concludi non posse videantur, quin ad cor penetrare possint.

Syncope.

SYNCOPE correpto, autore Abuali principe loco citato cap. 22. accedit subindè ex concitato spirituum motu calefactio, quæ in febrem facessit; cujus sæpè reliquæ supersunt cessante periculo, quod ex syncope timetur.

CAP.

CAPUT XVI

differentias ephemeræ febris proponit.

1. **GENERIS** seu formæ ratione tres oriuntur, à *dura- Formæ ratio-
tione, more & tempore* petitæ. *ne; respectu*

DURATIONIS quidem, *alia simplex brevis* famosior, *Durationis.*
καὶ ἐξοχλῶ, ἐφήμερη est re & nomine talis, quæ unum natura-
lem diem: *alia* re, sed non nomine, ultra natura-
lem diem seu 24. horarum decursum *ἐκτεταμένη* *extensa*, *πο-*
λύημερη *πυρελὸς* dicta.

PRIMA est **LEGITIMA** diaria, naturâ & constitutio-
ne: **NATURA**, quia oritur in spiritibus: **CONSTITUTIONE**,
quia diem naturalem durat. **ALTERA** non legitima, est
diaria **NATURA** tantum, dum est in spiritibus: Non verò
CONSTITUTIONE, quia ultrâ diem naturale n durat.
Divisio est non univoca, sed analogica; alterum enim mem-
brum participat inæqualiter rationem divisi.

Abuali Ibn-Tsina canonis medicine lib. 4 sect. 1. de febribus
cap. 5. interprete Plempio ita loquitur: Hæ febres plerumque
uno die solvuntur: rarò tertium diem excedunt: ultra quem
terminum si excurrunt, conjicere licet, ipsas in aliud genus
mutare. Mutantur autem ideo, quod accensus calor ultra
spiritum in corpus aut humorem se inferat. Quamquam
sint, qui adserant ephemeram interdum sex dies persistere,
ac deinde integrè solvi atque recedere; quo modo non sol-
veretur, si in aliud genus conversa fuisset.

A MORE, alia benigna est, alia maligna pestilens. *Moris.*
Talis censetur fuisse *ιδεγνός* sudatorius morbus An-
glicus.

A TEMPORE alia occurrit differentia. *Borellus hist. & Temporis*
observat. centur. 2. observ. 100. meminit ephemeræ, quæ ca-
strensem caufidicum singulis trienniis eodem tempore corri-
pere solebat.

*Subjecti re-
spectu.*

II. SUBJECTI ratione, alia fit per essentiam, primò accensis spiritibus cordis, in iracundia, gaudio, & aliis animi passionibus: alia fit per consensum aliarum partium, cerebri, epatis, vel accensis primò spiritibus animalibus, cerebralem, cordialem & hepaticam alii admittunt.

Celebris est distinctio febris in universalem & topicam. Hanc distinctionem applicat *Campanella* etiam diariis statur-ens, febres diarias non modò fieri universales, sed etiam topicas. Talem esse innuit, si quis in parte dolente, vel propter abscessum aliquem & tumorem, vel propter luxationem aut vulnus tetigerit, manifestè in illâ febrim agnoscet, i. e. caloris augmentum.

*Causæ ratio-
ne.*

III. CAUSÆ ratione plures sunt differentix. Vitales spiritus seu subtilissimæ sanguinis partes incalescunt vel 1. *per se*, ab ἐγναύσῃ exustione, ob similitudinem qualitatis calorem nostrum superantis. Vel 2. *per accidens*, à ψύξις frigefactione in constipando corpore, ut retentione fuliginum, insensibiliumque effluviolorum copiâ, pabulum calori extraneo suppetitur, quæ occupatur.

Nobiliiores duæ sunt. Una non habet causam præsentem, ut quæ orta fuit à celeri labore, calore Solis, lassitudine, animi affectibus, ira, vigiliis. Altera habet causam præsentem, & ad tria reduci potest capita, prout à triplici etiam oritur causâ. Earum prima est externarum partium inflammatio seu accensio. 2. levis cutis obstructio. 3. cruditas. Et has tres ultimas ephemeris nothas vocant; & ad symptomatिकास continuas referunt, eas, quæ ab inflammationibus, externæ sint licet, oriuntur.

Alia originem habet à circulatione in extremis artubus impeditâ: alia à fero ebulliente.

Alia oritur ex lacte in mammillis collecto, vel à cattarho falso. Diem unum nonnunquam durant tales, fermentatis atomis leviusculè.

CAPUT XVII

Διάγνωσιν ephemeræ proponit tum ratione generis tum causæ.

Dignotio admodum necessaria judicatur à Galeno 1. *ὑπὲρ Διαγνώσεως* Διάφορῶς τῶν πυρετῶν cap. 7. neque admodum difficilis: *necessitas* multò minus impossibilis. Τὰς δὲ Ἰπὶ σήψις χυμῶν ἀναπλομέ-
νης πυρετὰς ἐπὶ τὰς χεῖρ νομίζειν τῶν ἐφημέρων, καὶ ἤγε Διά-
γνωσις αὐτῶν εὐχάλεπὴ, καὶ πρὶν ἀδύνατον εἶναι δοκεῖ. *Eas*
autem, quæ ex humorum putredine accenduntur, febres alias ab e-
phemeris oportet existimare: neque earum discretio difficilis est, quan-
quam nonnullis videatur impossibilis. Hoc ita habere, confir-
mat domesticâ experienciâ, eâque multiplici. καὶ τέτω ἔργῳ
μυελάνης ἐδείξαμεν Ἰπὶ τῷ πρώτῳ παροξυσμῷ παυσανδρῷ,
λασάνδρον τὲ καὶ μελέως διατηθέντα, τῶν σωηθῶν ἔχουζ κα-
λῶσαντες, ὥς ἐκὲ πὶ πυραϊζόντα, καὶ ἔτως ἀπέβη. *Nos* ve-
rò hoc millies reipsâ probavimus, primâ accessione finitâ, lotum ho-
minem ac mediocri cibo refectum ad consueta opera transmittentes,
ut qui alteram febris accessiōem sensurus, non esset: neque nostra
nos fefellit opinio.

Facilis autem quantumvis sit hæc dignotio, in eo ta-
men sæpe fallit morbus, & fallitur medicus, quod citiùs ab-
eat & desinat, quàm cognoscatur.

Fons horum signorum 1. est ἡ ἐνέουσα κατὰ τὸν τῆς ἐσίας Fons horum
λόγον θερμότης, essentialiter inherens calor, qui considerari po- signorum 1.
test ratione qual tatis, quantitatis & motus. essentialiter

QUALITATIS ratione, τὴ τῆς θερμότης ἡδὺ, autore Ga- in herentia.
leno 1. *ὑπὲρ Διαγνώσεως πυρετῶν cap. 7.* τῶν τοιούτων πυρετῶν ἰδίον Caloris qua-
τὲ Ἰπὶ γνώρισμα καὶ ἀχώριστον, caloris suavitas proprium atque litas.
inseparabile est hujusmodi febrium indicium, convenit omni, soli,
& semper.

Avicenna canonis lib. 4. fen. 1. tract. 1. capite 6. mansuetudinem hanc definiturus, addit, quod calor ille non sit acris, mordax, sed talis, qualis apparet in exercitatis & ebriis.

Oritur autem illa caloris suavitas a subiecto. Sedem enim habet in vaporoso subiecto, initi, non acri, non mordaci, qualis est putrescentium humorum.

Suavitas adest caloris respectu putridarum, respectu caloris nativi tamen paulò est acrior, & in ebriis & laborantibus.

Quantitas : **Q**UANTITATIS & DURATIONIS ratione ἴδιον καὶ ἀχώριστον γνώριμα proprium & inseparabile signum est, quod duret diem naturalem 24. horarum, & in declinatione redeat ad perfectam ἀπορροήν autore Galeno 9. meth. med. capite 1. loco ante citato.

Motus. **M**OTUS caloris ratione ἀχώριστον γνώριμα ἴστιν ἡ ὁμαλότης καὶ ἀθλιπία ἀνάστασις ἐν τῇ θερμασίᾳ καὶ τοῖς σφυγμοῖς, ἢ μὲν ἴδιον γε καὶ γὰρ τῶν ἄλλων ὑπάρχει πινυ, ὥστε γε καὶ τῇ ἀκμῇ ὁπταίεσ. ἔδε γὰρ καὶ τὸ ἴδιον, ἢ καὶ μάλιστα τούτοις ὑπάρχει. Inseparabile quoque, inquit loco citato, indicium aequalis & incompressus adscensus in caliditate & pulsibus simul: non tamen proprium, cum & aliis quibusdam (nempe synochis & hecticis, in quibus etiam æqualiter calor neque invadit cum rigore, sed calore solo) sicut etiam consistente febre mediocritas. Neque enim hoc est proprium, quanquam his maximè inest.

Neque alia mens adfingi potest Galeno, cum 1. methodi med. cap. 4. in diariâ ex obstructione cutis absque notis putredinis jubet in præscribendo balneo observare horas suspectas. Non intelligit mutationem per novam accessionem, sed benè novit ephemeram unam solum habere accessionem, cum quâ etiam terminatur. Periodicatio sumitur latè vel strictè. Propriè & strictè pro tempore accessionis & remissionis facto in eo spacio, in quo mensurantur tempora morborum universalia, Et talis periodicatio ephemeræ non convenit. Latè verò sumta pro quâcunque ascensione &

exacerbatione, ut cum transit in putridam, ipsi concedi potest. Loquitur de suspitione periculi transitus in putridam.

II. CAUSÆ alterum signorum præbent fontem effici- *Alter signorum*
entes nempe, Galenus illum respexit, cum loco citato πρῶτον rum fons:

πρῶτον τῶν ἐφημέρων πυρετῶν statuit, ἀπὸ τινὸς ἀρχαίας cause.

προκαταρχίας αἰτίας, προσφάτως τε καὶ φανεράς, καὶ τῆς ἡδὴ
συνήθως ὀνομάζουσιν οἱ νεώτεροι πάντες ἰατροὶ προκαταρχικῶς
αἰτίαν. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν εἰ καὶ ἀχώριστον ἐστὶ τῶν πειούτων πυ-

ρετῶν, ἴδιον αὐτῶν οὐκ ἐστίν. Unum hoc præcipuum febrium ephemerarum indicium, ab aliquâ causâ incipere recenti & manifestâ,

quæ ante præcesserit: quam omnes medici usitato vocabulo procata-

cticam seu præincipientem appellant. Sed & si hoc INSEPARABI-

LE talium febrium sit indicium, signum tamen non est PROPRIUM.

Rationem etiam subjungit: ἀρχονται γὰρ καὶ τῶν ἄλλων ἐνιοὶ
φανεράς προσηγουμένης αἰτίας, nam & aliarum quædam, ex cau-

sâ manifestâ quæ ante præcescit, sit. Ex irâ & tristitiâ non so-

lùm ephemeræ sed & putridæ possunt oriri & hecticæ. Do-

ctrinalis de hoc signo est propositio, non necessaria, ait Bra-

vo resolut. medic. libro

Signum est ephemeræ negativum. Non habet origi-

nem à causâ procatacticâ. Ergo non est Ephemera.

Non est signum affirmativum. Oritur à causâ proca-

tarcticâ. Ergo est ephemera. Non procedit hæc con-

clusio.

Interrogati, si causa externa efficiens ephemeram in

corpore non persistat, quomodo effectus absque suâ causâ

vigere possit: si verò persistat, annon dicendum, epheme-

ram talem fieri à causâ internâ? respondemus causam illam,

externam non subsistere secundum suum esse reale, sed se-

cundum virtuale solum.

III. EFFECTUS seu SYMPTOMATA etiam indicant *Tertius fons*

ephemeram, & primò quidem IN GENERE. Non adsunt signorum ef-

fectus in ephemerâ terribilia symptomata, exceptis quibusdam, &

mediocribus, cum natura se vult liberare per evacuationem symptomata

materiæ antecedentis, ad præcavendam putridam. *actionum.*

IN SPECIE VITALES actiones motricis facultatis *Vitalium.*

spe-

Speciosum præbent signum, propositum à Galeno loco citato.
 ἀχώριστον ἴδιον, inquit, γνώρισμά ἐστι πρὸς τέτοις εἰς μέγε-
 θος καὶ πῆχυν ὁπιδιδόντων τῶν σφυγμῶν ἀξιόλογον, ὥς
 ἀπολείπειται τῆς ἀναλογίας τὴν πυκνότητά καὶ τὴν ἐκλῆξιν ἡου-
 ρίας. ἐπὶ τὸ μᾶλλον ἴδιον καὶ ἀχώριστον αὐτῶν ἐστὶ πρὸς, μηδὲ ὁ-
 λως εἰς πῆχυν ὁπιδιδίναται τὴν συστολήν, ἢ εἰ καὶ ὁπιδιδοίη πο-
 τὲ μικρότερον εἶναι τὸ πρὸς, καὶ δυσγνώριστον, καὶ ὀλίγω πρὸς ἢ
 καὶ φύσιν ἐξιστόμενον. Ac præterea pulsus ad magnitudinem ac
 celeritatem accedentes effatu dignam: ita ut frequentia à propor-
 tione deficiat secundum exteriorem quietem. Est autem ὁ MAGIS
 INSEPARABILE ac PROPRIUM, quod nullo modo ad celerita-
 tem ea pars pulsus, que systole dicitur, tendit: & si aliquando con-
 tingat hoc, minimum ac vix perceptibile existit, parumque à natu-
 rali tenore mutatum.

Magnus est pulsus, celer, & creber, quia in eâ est usus
 adauctus, & non est causa valens debilitate facultatem gra-
 vitate & qualitate vires dissolvente.

Inæqualis non est, non enim datur fuliginum copia &
 usus variatio, à quâ inæqualitas separari nequeat.

In dilatatione arteriæ utilitas major, ut qualitate san-
 gvis contemperetur, quàm in compressione, levis enim fu-
 liginum expellendarum necessitas.

Animalium.

ANIMALIS actionis integritas & RIGORIS absen-
 tia diariam notat ordinariè. Extrà ordinem conjungi po-
 test levis rigor, si ab ἀδιαπνοΐᾳ & fuliginum retentione o-
 riatur.

Excretorum

*coctio in uri-
 nâ.*

EXCRETORUM inspectio signa hujus febris præbet.
 ἀχώριστον ἢ καὶ ἴδιον τε τῶν οὐρῶν πέψις ἐστὶν εὐθέως ἐν τῇ πρῶ-
 τῇ τῶν ἡμέρων γνώρισμα. Verba sunt Galeni loco citato. Dia-
 riarum febrium indicium inseparabile ac proprium est COCTIO in
 URINA primo statim die. Indicium hoc confirmat Aben Tsina
 loco citato: Et cum est urina in primo die digesta, tum dia-
 ria adest. Cum enim in solis sit vitium spiritibus, reliquas
 autem partes noxa tangit nulla, exiguam in illis apparere
 noxam conveniens est. Concoctionis ergo, quæ non turba-
 tur, signa tum luculenter adhuc apparere possunt.

De talibus ephemerarum urinis ita Galenus l. de curandis febres ratione ad Glauconem cap. 2. κοινῶς μὲν ἅπασιν τὰ ὕδα πυρρὰ. Communiter quidem omnibus urina rufa.

SUDOR in declinatione apparens est exactum diarice signum, propositum à Galeno citato loco, cum inquit: καὶ κάλλιόν γε τὸ κοινὰ ταῦτα κατὰ τὰς ἀναβάσεις τὴ καὶ τὰς ἀκμὰς ἐν τῷ μάλιστα ὑπάρχειν ταῖς ἐφημέροις ἰδία τίθεσθαι. ἤτοι γὰρ αὖν ἔτι εἰς καὶ μὴ τὸ τῆς πράγματι εἶδος, ἀλλὰ τὸ κάλλιστόν γε καὶ ἀπικρατομύον τῶν ποικίλων πυρετῶν, ἰδίον τε ἅμα καὶ ἀχώριστον σημεῖον, ὥσπερ γε καὶ ἡ τῆς ἀσθενείας μετ' ἰδρώϊου ἢ νοτῖδου, ἢ πάντως γὰρ σὺν αἵματι πνίχτης γινώσκουσα, τελείας ἀπυρεξίας ἐνδεχομένης ἀπὸ τῆς.

Sudor.

Pulcherrimum atque exquisitissimum huiusmodi febrium proprium simul, atque inseparabile signum est, & cum sudore, aut rore, aut omnino cum aliquo optimo vapore declinatio, ubi integra febris cessatio sequatur.

Naturalis quasi est hic sudor, similis illi, qui exercitium sequitur.

Non verò semper naturali similis: intervenire possunt causæ, quæ cursum hunc impediunt.

Fit autem ex excrementitiâ & vaporosâ substantiâ circa cutim permanente, quæ in fine paroxysmi attenuatur & expellitur. Adest quidem semper & in partibus intimioribus & extimioribus talis materia excrementitia, in vapores quæ resolvitur, sed, calor dum intensior est, illa dissolvitur & dissipatur, ante & post statum nempe. Eo verò præterlapso remanent partes spirituum crassiores: & ex illis resolutis fit sudor. Ad eam verò & cum eo sequitur declinatio. Ustivus in statu calor elevat quidem vapores, sed statim dissipat: circa declinationem fit calor remissior, & proportionatus, ut elevare queat materiam & cum discutere nequeat, illa facessit in sudorem.

II. CAUSÆ ex signis suis cognoscuntur facili indagine.

2. Cause interna.

INTERNÆ præsentēs variæ sunt. 1. cruditas si occasionem præbuerit, illa indicatur ex actionibus læsis, ructibus nidorosis, acidis: vel στένωσις & obstructio pororum cutis ab

E

aere

aëre frigido excitata si præcesserit, illa ad tactum durior est: nonnunquam *horror*, non tamen talis, qualis in putridis, in quibus major contractio ob fuliginum expulsionem. In ephemeris major est dilatatio, ob eventationem: *Color* inæqualior, tam liberè enim perspiratio fieri nequit: *Urina* coloratiores ad rufum: obstructis enim vas capillaribus portio materiæ calefactæ ad renes vergit.

Inflammatiō partium si præcesserit suis ex signis patescit.

Externa.

EXTERNÆ præteritæ patescunt ex relatione agri, & adstantium. Si à morâ sub ☉ le, æstus à calore primo contactu acrior advertitur: caput fuit apertum & negligenter tectum: temporum adest pulsatio: Sonitus & vana tintinnabulorum præ auribus exauditio. Rubor in facie, dolor capitis adsunt.

Si à vigiliis, pulsus debiliores sunt ob spirituum resolutionem, oculorum crebra aderit conniventia & delapsus palpebrarum.

Si à somno, elucescit ex contrariis, pallido ut plurimum vultu, & sequenti oculorum absterfione. A motu corporis si oriatur vehementiori, calor erit acris, circa juncturas lassitudo, pulsus magnus.

Assumpta hunc morbum induxisse colligetur ex ingestorum proportionem atque qualitate. Corruptionem nidorosi ructus, ii que copiosiores ad ciborum quantitatem relati detegunt. Calor in ephemera ab ebrietate primo contactu mitis apparet, & apud nonnullos capitis dolor post somnum, pocula largius exhausta monstrat.

ANIMI COMMOTIONES in causâ si fuerint, latere nesciunt. Iram detegit, pulsus majori calore è profundo celerius erumpente, magnus, urina calidior.

CAPUT XVIII

αεδιαγόμεσιν proponit.

Necessaria illa est, medicoque honorifica.

Ephc.

Ephemera periculo vacat, & per se salutaris est. In- 1. Ratione
de Hippocrates. 4. aphor. 55. οἱ ἐπὶ βρογχῶν πυρετοὶ πάντες κακοὶ salutis
πλὴν τῶν ἐφημέρων. Ex bubone omnes febres (in inguine verfit mortis.
Celsus) malas pronunciat, exceptis diariis. Galenus has febres
ex causâ evidente, in collo, alis, bubonibus apparentibus vo-
cat bonas: Reliquas sine causâ manifestâ ab internis in-
flammationibus ortas vocat malas.

Aurelio Cornelio Celfo lib. 3. cap. 5. adseribitur sententia,
quod tanta febris hujus curandæ judicata sit facilitas, ut vix
morbum vocandum censuerit. Sed in textu hoc non repe-
ritur.

Οἱ ἐφημέροι πυρετοὶ, autore Tralliano lib. 12. cap. 1. οἵ τε ἐπὶ
πνεύμασιν ἔχοντες τὸ εἶναι, σαφὲς ἐστὶν πὶ, ἢ ἔχουσιν ἑδὲ βέβαιον,
ἀλλὰ ὥσπερ ταχέως ἔχει τὴν ἡμέραν, ὥστε καὶ τὴν λύσιν. Diaria
febres, in spiritibus quarum est essentia, firmum quid & stabile non
habent: Sed quemadmodum celerem habent generationem, ita et-
iam solationem.

Ephemera exquisita omnî caret periculo, ob sym-
ptomatum paucitatem & securitatem. Cum enim ob bre-
vem durationem, accedente inprimis doctâ medici ma-
nu, corpus nostrum leviter afficiat, tenuissimaque tantum
illius pars incalescat, quæ facili negotio reparari potest, non
multum affert incommodi. Solvitur verò sine omni per-
turbatione, ita ut ejus solutio crisis dici non mereatur, nisi
impropriè, nec morbus acutus appellari poterit, quia par-
vus. Neque unquam ægrum ex ephemerâ exquisitâ mortem
oppetuisse, nisi quid fuerit in adstantium officio prætermis-
sum, quod in aphorismorum suorum procemio præcavere
voluit Hippocrates, ex observatoribus constat.

Per ACCIDENS periculosa fieri potest, ratione ter-
minationis in putridam & hecticam.

CAUSÆ ratione, Diaria ἐκ τῆς ἀπεψίας, ex cruditate
nidosâ ut frequentior, ita etiam periculosior Galeno autore
8. περὶ πνεύματων μεθόδου cap. 5.

2. Longitu-
dinis & bre-
vitaris.

Exquisita ultra 24. horarum spatium non extenditur.
Minus exquisita ad duos tresve dies extendi potest. Ἐπὶ
ἐγκαύσειν verba sunt Galeni 9. method. medendi cap. 1. ἐν ἡ
ἀπὸ ψίαις, ἡ κίποις, ἡ ἀχρυπνίαις, ἡ πάθεισι ψυχικοῖς, ἡ βε-
βῶσιν, ἡ διὰ ἵνα αἰτίαν προφανῇ γεγνημένῳ, μέχρι τέλει
ἡμέρας ὅτε ἔπειτα προέλθοι πυρετὸς παροξυσμὸς, ἀνευ δὲ πλημ-
μεληθῆναι τι πρὸς τὸν κάμνοντα. Ab aduisione, cruditate
lassitudine, vigiliis, animi perturbatione, bubone, qui ex eviden-
te aliqua sit causa, nunquam ad tertium usque diem progredietur fe-
bris accessio, nisi quid delictum circa laborantem sit. Τοῖς δ' ἑπὶ
ἐγγνώσει πυρέξασιν, ἐγχωρεῖ καὶ ταύτῃ ἐξωτέρῳ. προβῆναι
τὸν παροξυσμὸν. At quibus stipatio febris occasio est, iis
etiam ultra hos porrigi accessio potest.

Καὶ πίνυν καὶ τὰς πυρετὰς ὅσι μὲν ἑπὶ μίσει τῶν πύρων
ἡ πλήσει προσφάτω τῶν σωμάτων ἐγέρντο, πυνέσθαι τι με-
τὰ τὸν πρῶτον παροξυσμὸν, εἰ μὴ ἐρῶς αὐτοῖς προσφύρηται,
καὶ ἔντως τέττας ἐφημέρας γίνεσθαι καὶ προσαγορεύεσθαι. ὅσι δὲ
ἐπὶ ἐμφύσει τὴν γένεσιν ἔχον, εἰ μὴ ἐλίγη τις αὐτῇ συσαίη,
λύνεσθαι καὶ τέττας, ὁμοίως γὰρ τοῖς ἄλλοις ἐφημέροις, εἰ μὴ ἰάση
ταύτης αὐτῇ προσηκόντως εἰδὸς ἰσχυρῶς οἱ χυμοὶ σφηνωθεῖεν, ὡς
μοχλείας δεῖσθαι σφοδρότερας, ἐκτείνεσθαι μὲν ἀνάγκη τῆς
πυρετῆς, ὥστε τὴν μίαν ἡμέραν, ἵκπεπλωμέναι δὲ δε-
κεῖν ἤδη, τὰ γένεσιν τῶν ἐφημέρων, εἰς συνόχας. Diaria au-
tem conniventia meatuum vel recenti densatione excitata desistere
possunt post primam accessionem, si quis recte eas tractet & verè
diariae sunt, tum appellantur. At Diaria AB OBSTRU-
CTIONE meatuum, si haec pusilla sit, solvuntur & ipsae quo-
que similiter, ut aliae diariae, si quis eas legitime sanet: si valen-
ter impacti humores sint, sic, ut valentius aliquod, quod eos exi-
mat, desiderent, eas febres porrigi ultra unum diem necesse est:
ac diarium febrium genus videri egresfas & SINOCHI natu-
ram induisse.

Ephēmera pestilens est morbus acutus. Acutum esse probari potest ex morbi acuti definitione Galenicā 2. de diebus decretoriis cap. 12. propositā, quod citò judicetur & cum periculo. Jam autem nulla febris hāc velocior aut periculosior, ac proinde nulli acuti morbi definitio magis convenit.

De SIMPLICIBUS ephemeris aliter sentiendum: Steph. Rod. castrensis de meteoris microcosmi, licet velociter moveantur.

MODUS EVENTUS. Ordinariē terminatur per madorem aut sudorem levem, vel insensilem transpirationem. 3. Modus eventus per
MADOR paucus, SUDOR multus. SUDOR excitatur, dum sudorem.
spiritus calefactus succum in superficie, quem invenit, attenuat.

PERMUTATUR nonnunquam in ALIAM FEBRIM, Alium mor-
fi 24. horarum spacium excedat, ut in HECTICAM, aut bum.
PUTRIDAM mutetur.

Μεταπίπτοι, inquit Galenus 9. meth. medendi cap. 1. δὲ εἰς Putridum
ἐκάτερα γῆνη πολλάκις οἱ ἐφήμεροι πυρετοὶ ἐμπεσθαι ἐδείκνυτο vel hecticū.
μὴ, εἰ μὴ, τις αὐτὰς προσηκόντως μεταχειρίζοιτο. ὥς πρὸς δὲ
ἐν τοῖς ἄλλοις ἅπασιν πράγμασιν, ὅσα κοινωνοῦν ταῖς φύσεσιν ἐν
περιλαμβανόμενῳ γῆνι, καὶ διὰ τὸ εἰς ἀλλήλα μεταπίπτεον οὐ-
νάμενα, τρίτῃ τῆς ιδέας κατὰ τὴν μεταπίπτεσιν αὐτῶν συνίσταται,
μηδετέρω τῶν ἁκρῶν ἀκριβοῦσαι τὸν τύπον, ἔτι καὶ ταῖς τῶν
ἐφημέρων πυρετῶν μεταπίπτεσιν, φαντασθήσεται αὐτὸν ἐπὶ τὸν π-
γῆν ἐν τῇ μεταπίπτεσιν οὐκ ἔχοντα μηδετέρω τῶν ἁκρῶν τῶ-
τον. Transseunt saepe autem diariae febres in utrumque genus, pu-
tridum vel hecticum, nisi quis eas commodè tractet. Veluti autem
in ceteris rebus omnibus, quaecunque uno genere comprehensa socie-
tatem in naturā habent, ac propterea mutuò in se transire valent,
tertiam quadam formula in transitu earum existit, qua neutrius ex-
tremitatum formam planè exhibet; ita nimirum & in diariarum
februm transitu imagineris, licet alterum quoddam genus in tran-
situ exoriri queat, quod neutri extremitatum sit idem.

Nec hic subsistit Galeni sollicitudo, verum ulterius progreditur, ostendens necessitatem hujus cognitionis, non solum cum incidit, verum etiam cum transitum in alterius febris speciem minatur.

Susplicari autem jubet Eugenianum suum transitum hunc esse præ foribus, ἐπειδὴ ἡτοινοῦνται κατὰ τὰ τῶν ἐφημέρων πυρετῶν γνωρίματα, καὶ τὰ τῶν ὑπολοίπων δύο γρῶν, ἢ παρεμφαίνεται τὰ τῶν ἄλλων, εἰδέναι ἔτι χαλεπὸν ὑποπείνειν ἤδη τὴν μετέπλωσιν. Ubi vel diariarum nota aliquatenus sunt alienata, vel reliquarum nota simul apparent, tum haud difficile fuerit jam transitum suspicari.

IN HECTICAM terminatur, si oriatur ab inedia, inque corpus siccum incidat & calidum.

IN PUTRIDAM terminatur, si incidat in corpus impurum, notabili pororum συγκύσει subjectum. Ibi retentæ fuligines obstructionem cutis magis augere, & incendio humoribus conciliato, transitus fit primò in ephemeram plurimum dierum, post in synocham imputrem, demum putrem, & alias putridas febres.

Degenerantium, in putridam indicia.

Imminentem diariarum in putridarum aliquam speciem ex tribus potissimum signis novisse docet Alexander Trallianus lib. 12. cap. 1. Febris diaria prægressa μὴ εἰς καθαρὸν τελῶται Διὰλειμμα, non desinit in purum intervallum. 2. Idem cognoscere licet ex τὸ μὴ γίνεσθαι τὴν ἀκμὴν εὐφορῶν, quod status non sit ad tolerandum facilis. 3. quod status non desinat μετὰ νωτὶδῶ ἢ μετὰ ἰδρωτῶν cum madore aut sudore.

PRÆSERVATORIAM tamen εἰδειν adesse confirmare videtur, quod diaria sit χεῖλη & à spirituum calefactione ut causâ dependeat, eaque sublatâ etiam tollatur. Hæc in causâ est, quod solida accendantur.

R. Sennertus: cum dicitur à causa fumî indicationem, præservatoriam, id saltem de causâ antecedente intelligendum: causa verò continens cum definitionem morbi ingreditur, & præsentem jam morbum foveat, non verò futurum productura sit, indicationem CURATORIAM præbet, non

PRÆ-

PRÆSERVATIVAM. Ideò hæc spirituum accensio eadem cum ipsâ calidâ intemperie morbosa curativam indicationem largitur.

In ephemerâ unum est indicans re, sed ratione solùm, diversum. Caliditas in spiritibus causa est, ut solida & humores etiã accendantur. Utroque modo præbet indicationem quidem, inutilis tamen exhibetur à causâ, quia hæc indicatio nihil diversum postulat à morbo.

CAPUT XIX.

Curatio debetur ephemeræ.

THesis hæc eliminatur à Thomâ Campanellâ medicinalium libro 7. cap. 3. articulo 2. Spiritalem febrem curare minimè oportet scribit, cum ipsa sit potius curatio, morbi que medicina. Curationis autem & medicinae non est curatio medicinae, sed adjuvatio, sicut in bello, cujus finis est victoria, non pax: non enim inter morbum & naturam pax ulla valet, prodestve, nec iram sedat utiliter, nisi victoria. Oportet ergò in omni febre spiritum ferventem & pugnantem, juvare, ut vincat, non autem à pugna revocare, neque pugnam extinguere: qui enim pugnam auferunt, succumbendi occasionem præbent pugnanti & necem, seu morbi seu belli prolongationem. Pluribus capituli progressu hæc illustrat.

Occurri potest hisce sine magno negotio, observatis *Επιμελειαις* illis, quæ proponuntur ordine & methodo generali cognoscendi & curandi febres, Rolsincianâ cap. 9.

CAPUT XX.

Curationis ephemeræ methodus.

Simplicissima ea est, mîtiturque aurore Galeno II. *Παρασκευαστικῶν* *μεθόδῳ* capite 2. IN-

INDICATIONE CURATORIA, quam intemperies calida exhibet in spiritibus. τῶν μὲν ἐφημέρων πυρετῶν ἢ ὅπως ἐστὶ ἡσθενοσύνη, καὶ τὰς γε καὶ ἡ τῶν ἐκλυκῶν. verba sunt Galeni loco citato. Ac diariarum quidem febrium, quemadmodum & hecticarum vera & propria curatio est. Earum verò, quæ ex putrescentibus excitantur humoribus, vocata curatio prophylacen quoque sibi adjungit, cujus officium est, causam quæ morbum creat, adimere.

In diariis simplicibus nomine & re talibus, essentialibus, quæ non habent causam amplius præsentem, & κατ' ὅνομα accuratè normam & tempus sui decursus observant, indicatio CURATORIA à morbo quæ petitur, sufficit.

Non sufficit in illis, quæ nomine saltem tales sunt, non re & causam habent præsentem, bubonem in inguine, quæ à nonnullis symptomaticæ habentur. Ἡ δὲ μεικρὴ τῶν ἰαμάτων ὥς περὶ φυλάκην mista curationi præservatio dirigitur ad causam actu facientem diariam, cujus causæ ablatio, quatenus prohibet incrementum diariæ, dicitur præservatio: quatenus partem diariæ jam factam sanat, curatio per quandam analogiam dicitur. Curatoria est ratione morbi, præservatoria ratione causæ.

Febris, verba sunt Joh. Georgii Volcameri in sua de febre ephemera dissertatione, sui remotionem indicat. Prima enim omnis rei præter naturam indicatio ejus ablationem per contraria præscribit. Febris autem intemperies calida est: Scopus itaque primarius & curativus est refrigeratio. Et cum causæ in exquisitâ ephemera nullæ adsint, sed ex primitivis tantum suam habeat originem, nulla etiam alia oritur indicatio, nisi quod, dum in fieri adhuc est vera ephemera, procatarectica illæ insignem adferunt utilitatem ad inveniendam affectionem, & ante omnia removeri debent, quod ad præservationem pertinet.

Intemperies calida totius à fervore spirituum incensorum dependens hic imprimis consideranda, & ad eam curatio dirigenda.

Per accidens PRÆSERVATIVA indicatio videtur

tur habere locum, cum causa morbum hunc excitans adhuc in corpore præsens est.

Hinc pro varietate causarum diversæ indicationes. Si ab inflammatione externarum partium, debemus repellere, nisi prohibeat locus adfectus. Si sit inflammatio in inguinibus, ne materia ad principem partem, quæ per partes has imbecilles se expurgare solet, à naturâ in hunc finem constituta, repellatur. Præterea adest hîc indicatio vacuandi sensibilibiter & insensibilibiter id, quod influxit.

Si à constipatione vel obstructione, ὡς περ ἡ εὐρεῖν το καὶ ἔμπνευν, εἶναι τὸ σῶμα πάντα, autore Galeno 8. methodi med. cap. 3. καὶ νῦν δὲ τῶν εἰρημνῶν, μάλιστα φύσεων ὑγαινόντων τε καὶ δυσπερεσχυμνῶν σκοπὸς, ἔτω καὶ τὸ φάρμακον ἀρευνῆας, καὶ θυμῶς, καὶ λύπας καὶ φροντίδας, ἐγκαίσεις τε καὶ ψύξεις, καὶ ἐκόπας ποιῶντα γὰρ ἐφ' ἐκάστῳ τῶν εἰρημνῶν αἱ τοιαῦται κρείσσεις ἀναλύσκονται πυρετοῖς. *Illud commune consilium est, ut fluxile & transpirabile undique corpus reddatur: ita illud quoque, ut tum vigilias, tum iram, tristitiam, tum curam, tum uisionem, tum frigus, tum lussitudinem fugiant, cum promptissime post hac ejusmodi temperamenta febrî capiantur. Cutis relaxanda frigefacta calefacientibus & humectantibus: humoresque obstruentes vacuandi, abstergendi, incidendi.*

Si ab ἀπεψία cruditate stomachi, illa exterminanda.

VITALIS INDICATIO sæpe negligitur. Rarò, inquit Galenus 8. meth. med. cap. ultim. in ephemeris indicatio à viribus sumitur. Adeò debiles enim vix esse possunt vires, ut per 24. horarum spacium non possint talem levem incallescenciam ferre. Non tamen semper inutilis aut superflua est, scilicet cum ex nimis diaria oritur vigiliis, à quibus vires exhauriuntur.

CAPUT XXI.

curationes variæ, & i. illius, quæ non habet causam præsentem.

Galenus in curatione ephemerarum est scrupulosus. Iba-
Tfina de illis agit XXXX. capitibus.

Una eodem modo filo & stilo curatio institui non pot-
est, cum causæ varient. Κοινὴ ἔχοντες φύσιν, verba sunt
Tralliani libro 12. κοινὴ ἐνδέχοντα καὶ θεραπεία. Ἀλλὰ καὶ
πλείους καὶ κοινὴ ἔχοντες φύσιν, κοινὴν ἐνδέχοντα καὶ θερα-
πείαν. Communem habentes naturam communem accipiunt etiam curatio-
nem. Sed etiam & plures communem habentes generationem, com-
munem etiam habent curationem. Ἀλλὰ ἐπειδὴ ἡ μία τις αἰτία
πέφυκεν, ἄλλα πλείους καὶ ποικίλα, convenit, ut nos etiam
ejus exemplo complures πρὸς ἐκάστῳ ἰδέαν ἀρμοζούσας θερα-
πείας proponamus.

CURATIO ephemeræ duplex à nobis proponetur. I.
PRIMA erit ejus, quæ non habet causam præsentem. II.
ALTERA, ejus, quæ habet causam præsentem.

CURATIO ephemeræ non habentis causam
præsentem, ut animi affectus vigilias, in solationem pri-
ma erit. Conjungetur à nobis cum diariâ πρὸ τῶν ἰσθ' κό-
πῳ πυρεζάντων primo loco propositâ à Tralliano loco citato.

I. **CHIRURGIA.** Venæsectio non convenit. Est enim
magnum remedium, morbo non proportionatum, mitis e-
nim hic est. Quamvis enim refrigerare possit, idem tamen
possumus aliis præstare medicamentis.

Interim per accidens, ratione morbi imminentis à ple-
thorâ, & metûs, ne in putridam degeneret, basilica aperiri
dextri potest brachii: vel in mensium suppressione, tali.

Cucurbitulæ, si venæsectionem ætas prohibeat, scapulis
vel cruribus adfigi queunt.

Frictiones leves, laxato corporis habitu liberiores,
reddunt perspirationem: molles, ne densentur cutis pori:
paucæ, non multæ, ne vel dissipentur, vel nimis attrahantur hu-
mores, & sic major sequatur obstructio.

Οὐ πρέπειν δὲ ἰσθ' πολὺ τὸ σῶμα, non corpus multum per-
fricare, neque tepidâ ex solo oleo unctione, sed ex hydrelæo
magis uti oportet, ait Trallianus. Quippe id liberalius humectat
& refrigerat articulos, ex nimio labore fervidos effectos.

Φαρμακία. Evacuatio non est necessaria, nulla enim
cau-

causa præfens. Alterandum itaque & refrigerandum solum.
Per accidens tamen nonnunquam requiritur evacuatio, si ad-
est primarum viarum impuritas. In tali casu non possunt
usurpari alia remedia à febre indicata, quale est balneum.
Verendum est, ne materia in vasa commigret.

Prævidit hoc Trallianus, balneoque interdicat ex labore
febricitantibus, ὅσοις ἔσται πλεθωρικόν, καὶ κακόχυμον, καὶ
Ἰντιήδειον πρὸς σήψιν, quibus corpus sanguineum, & pravo succo
plenum, & ad putredinem dispositum.

Evacuatio autem sit blanda, & fiat Lenientibus.

SI FECES IN INTESTINIS HÆREANT
convenit

CLYSTER ex decocto malva althæa beton. brancâ ursinâ, a-
triplicis, hordei, fl. chamomel. sem. fœnugraci, lini, anisi. In cola-
tura solvatur mel. rosar. solutivum ☉ liliorum alb. salis gemma
modicum vel ☉ cum fixatum.

Si cruditas sursum vergat, aqua tepida, cui raphani semem
& radix immacerata, confert.

Si verò IMPURITAS & CRUDITAS ADSINT IN VEN-
TRICULO, illa evacuanda, ne gravior oriatur febris.

Rx. sirupi rosarum solutivi ℥j, seri caprini ℥iij, resina giala-
pii g. v. F. Potio.

Rx. elect. lenitivi ℥j, pulpæ tamarindorum ℥j, ol. cinamomi
g. vj. sacchari parum M. F. Bolus.

Ablatis impedimentis corpus refrigerare debemus in-
ternis & externis.

ALTERANTIA INTERNA varia sunt: electuaria, con- Alterantia.
serve, julepi, emulsiones.

Rx. aq. antipyretica ℥v. scorzonæ. endiviæ ℥ij.
tinctur. fl. papav. errat. ℥j. sirupi acetosa simpl. ℥iij.

M. F. Julepus.

Convenit DECOCTUM alterans usuale : hordei cum
passulis, cornu cervi, sirupi ceras. ribium, a. ℥j, spir. Oli, q. s. ad
gratam acidit.

Rx. conf. rosarum.

viol. Ol. a. ℥ij.

aq. endiv. q. s.

adde

decocti scordii ℥vj.

M. F. Julepus.

F 2

Ci.

Citri cum fantalis & saccharo.

R. aq. lactuc. endiv. violar. a. ʒ iiij.

Julep. rosar. ʒ iiij.

tinetur viol. rosar. a. q. s.

Si A VIGILIIS. Emuls. sim. papaveris cum aq. hypnoticâ Dornerellii. Edulc. per manus chr. perl. q. s. S. A. Abendmilch.

R. aq. hypnot. Dornerel. ʒ j.

sirup. papav. simpl. ʒ j.

S. Abendtranc.

R. magist. anod. g. vj.

S. Abendpulver.

Si AB ÆSTU, tempore canicularium dierum, refrigerantia hæc intendantur.

Si AB IRA, magisterium cordiale, pulvis bezoardicus albus sunt ex usu.

Si A M O E R O R E prodest sirupus exhilarans : spec. lætif. Rhafis. lætitia Galeni, cum conserv. fl. bugloss. borrag. in forma electuar.

Externa

Balneum e-
jusque par-
tes.

EXTERIUS applicare potest BALNEUM. BALNEA crebro apud antiquos fuere in usu : ut & ante cœnam toti in iisdem lavari consueverint. Quinque eorum partes fuisse constat.

PRIMA erat conclave, ubi aer calidior, in quo vestes ponebantur. *ἡμεῖς* spoliatorium dicebatur.

SECUNDA testudinis instar constructa, dicta *ῥομαῖον* calidarium, sudatorium.

TERTIA cella caldaria, lavacrum, labrum, seu lavabrum nuncupabatur : in eo homines confidentes lavabantur.

QUARTA erat frigidarium, sive cella frigidaria, ubi aqua frigida, piscina.

QUINTA, ubi sudor detergebatur ungebaturque, appellata deterforium, *ἀλειψήριον*, unctuarium.

Galenus 10. methodi medendi cap. 10. quatuor tantum primâ omisâ enumerat partes. εἰσελθόντες μὲν, inquit, οὐκ ἔστιν αἰεὶ θερμὸν. μετὰ δὲ ταῦτα εἰς ὕδωρ εἰσιῶσι θερμόν. οἱ τὸ ἐξελθόντες εἰς

ψυχρῶν. εἴτ' ἀπομάθονται πὺν ἰδῶντα. *Ingredientes in aere versantur calido: post in aquam calidam descendunt: mox ab hac egressi in frigidam: postremo sudorem detergant.*

Beneficia, quæ balneum communicat, ejusque partes, Beneficia etiam recenset: & quidem PARTIS PRIMÆ. δύναται ἢ τὸ μὲν balnei ἀνεπεῶτον αὐτῷ μέρει θερμῶσαι πὺν δι' ὅλον τὸ σῶμα, καὶ χεῖρα teribus adspargere ὕλας. ἐμαλῶσαι πὺν τὰς ἀνομαλίας. ἀραιῶσαι πὺν τὸ δερ. gnati. μα, καὶ κενῶσαι πολλὰ τῶν ἐμπροσθεν ὑπὸ αὐτῷ κατεχομένων. *Prima pars potest materias tum calefacere, per totum corpus: tum vero liquore: & præterea quæ inæqualia sunt, æquare: & cutim rarefacere, & multa, quæ sub hac detinebantur, vacuare.*

SECUNDÆ partis utilitates etiam enumerat. τὸ δὲ δὲ πρὸν ὅταν ἐπὶ ξηρᾷ διαθέσει τὸ σῶμα αὐτῷ πὺν χεῖρα, νοτῶσα χεῖρα ἐνδεῖναι πὺν στεροῖς τὸ ζῶν μορίοις. *Secunda pars, ubi quis in sicco corporis affectu eam utitur, potest modicam utilem solidis partibus immittere.*

TERTIÆ partis balnei utilitas hæc ab eo recensetur. ἢ ἢ τριτὴ μοῖρα τῶν λεπτῶν, ἐπειδὴν τῷ ψυχρῷ μὲν χεῖρα μὲν ψύξει πὺν σύμπαν τὸ σῶμα, καὶ πυκνώσαι τὸ δερμα, καὶ ῥῶσαι τὰς δυνάμεις. *Tertia balnei pars, ubi quis frigidam utitur, & totum corpus refrigerare, & cutim densare, & vires firmare.*

QUARTÆ etiam balnei utilitates quæ recensentur, consideratu dignæ. τὸ δὲ τέταρτον ἐκκενῶσαι δι' ἰδρώτων τὸ σῶμα, χωρὶς τῆς ἐκ τὸ ψύχεσθαι βλάβης. *Corpus per sudorem vacuare citra refrigerationis noxam, quarta pars est.*

Tales effectus circa hominis corpus DULCIS AQVÆ BALNEUM expromit.

Ex his partibus quædam in omnibus, quædam in quibusdam, quædam in nulla usurpari queunt.

AER calidus convenit, cum ephemera oritur ex ebrietate.

BALNEUM frigidum semper suspectum, præterquam cum sit a dissolutione spirituum.

▽ Calida maximè laudatur: ut & sudoris absterfio.

Atque hæc veterum & Galeni de balnei usu in ephemerâ erat sententia.

Recentiores non tanti aestimant. Recentiores plurimi virtutes balnei in diariâ confirmant hoc elogio. Balneum juvat diarias, si ab uisione, quia refrigerat, si à refrigeratione, quia calefacit, si à lassitudine, quia lassata corpora reficit, si à cutis obstructione, quia relaxat.

Erinckson. Nostro seculo non tanta balneorum est reverentia, ut ad ea ceu sacras anchoras in mortis confugiant ægri. Tanta non adest in illis ac antiquitus parandis diligentia. Agitari illis etiam impura possent corpora, & fermentatæ atomi magis accendi.

Particularia refrigerantia, sunt. PARTICULARIA REFRIGERANTIA commodiora.

tempore Galeni, Galenus 8. meth. cap. 3. talia refrigerantia statim adhibere jubet, & quidem CAPITI, si ab insolato & ardore solis vigiliisve caleat, oxyrhodina, oleum rosaceum & omphacinum.

nostro, ad caput, Nostro tempore cum in usu hæc olea non sint, EPITHEMA FRONTALE substitui potest, ex emulsione sem. frig. major. & minorum, inprimis papaveris.

IN VIGILIIS, R. unguent. somnif. ʒß. ol. succini g. iij. in pyxid. S. Schlaffsalbe.

Pasta ex floribus rosarum post destillationem aquæ capiti imponatur.

ad cor. AD CORDIS regionem adponatur epithema ex aquâ refrigerante rosar. violar. mistâ cum speciebus diamarg. frigidî. Prodest ung. rosat. cum bals. rosarum.

R. aq. ros. melise, carfunc. aurea a. ʒij. sp. cord. temperatũ ʒj. S. Euserlich Herk- und Puls-Wasser.

R. ʒ. stil. citri ʒß, nuc. moschata ti g. x, aq. carfunculi aurea ʒß. M. S. Herkwasser.

R. spec. pro sacculo cordiali. ʒß.

In chartâ S. Kräuter im Säcklein uf die Herzgrube zu legen.

JECORIS regioni adponantur epithemata ex aq. ci-Ad jecur.
chor. endiv. cum spec. (diatrion santal.

DIÆTA. AER sit alteratus ad frigidum vergens ad- Diætā.
que humidum, si qualitatem suam excedentem spiritibus 1.
imprimat, per caput apertum se insinuans, animalesque pri-
mò afficiens, arcendi ægri omnium primò à radiis, inque
conclavi aeri libero pervii collocandi. Eodem modo ha-
bendi, qui in aprico, nudo pectore, solis, in balneis verò
ignis calorem toto hausere corpore; removendi & hi ab
omni æstu.

QUIES imperetur, à nimio motu si oriatur accen- 2.
sio.

SOMNUS à vigiliis excitatæ diariæ est remedio. 3.

IN CIBI & POTUS administratione summa opus sol- 4.
licitudine.

VICTUS FORMA quoad speciem sit tenuis: quoad me- 5.
dum substantiæ, εὐχρηστος, εὐπεπτός, εὐώδης: quoad quantitatē
mediocris, ut multi magni morbi, ita & parvi providā-
rantur abstinentiā.

Tempus exhibendi commodum est, sit refrigerans, &
humectans, in declinatione. **POTUS** sit aqua fontana cum
pane cocta. Julepi refrigerantes: quin etiam **VINUM** ὀλι-
γοπόρου ad manum fient. Irati à vino abstineant, vel ma-
ximè lymphato utantur, tum demum, autore Galeno lib. 1. ar-
te curandi ad Glauconem cap. 3. quando ab omni affectu quie-
verunt, prius verò periculosum uti vino. Galenus omni-
bus febre ephemerâ laborantibus, diverso tamen tempore,
bibendum concessit vinum, sed quod tum aspectu, tum viribus
præcipuè sit aquosum. Id enim ad omnia utilius, quam aqua est,
utpote quod & concoctionem juvat, & urinas ac sudores promovet.
Confirmat id Hippocratis autoritate, qui in febribus etiam
acutis vinum ægris non denegavit. Aquæ verò usum apud
eos, qui eo non sunt assueti, prohibuit. Tenuis cerevisiæ potus
ex tritico potissimum paratus, aut hordeo, absque tamen
lupulo, qualis apud nostrates alba cerevisiæ nomine venit, non
improbatur. Decocta hordei aqua, vel simplex, vel cum Jule-
pis

piis rosaceo, violaceo, oxalidis &c. ad saporem gratiorem conciliandum commista, alternis cum vino oligophoro vicibus bibatur. Lac amygdalarum dulcium, & si somnus in ephemerâ ex vigiliis, curis & sollicitudinibus inducendus, ex semine papaveris &c. ex unctione verò & irâ, cum seminibus frigidis paratam propinetur.

6.

ANIMI COMMOTIONES si fenestram huic feбри patefecere, omni sedandæ studio, natos blando verborum lenocinio à furore abducamus, tristes lætiori & animoso colloquio relevemus, curarum mole oppressis, ut has excutiant, persuademus, gaudia effusa modico tristioris conversationis sale aspergamus. Timor per lætities, confidentiam & securitatem prosterneendus. Si ex cogitationibus & anxietatibus, per quietem & ea, quæ à cogitationibus distrahunt animum, hic demulcendus, & sapientiæ contubernalis musica. Τὰς δὲ ἐπ' ἀγρυπνίας ἢ πρὸ πάθους ψυχῆς πρὸς ἐξουσίαν ἐπαυλῆσης ὑγρὰν νύκτα τε καὶ εὐχύμω τροφὴν διαίτην οἷον τε μάλιστα μὲν τοῖς ἀγρυπνήσασιν ἀδεῶς διδόναι πᾶσι. κέπῳ μὲν ἀνάπαυσιν. Ἀγρυπνία τε ὕπνον, ὀργὴν τε καὶ λυπὴν καὶ θυμῶν, ἐν λόγοις τε καὶ πράξεσι καὶ θεάμασι καὶ διηγήμασι θυμηδία. ἔπειτα καὶ ὁ Φρογνίσκος ἐπ' αὐτῷ τελείως ἀναπαυσάτω τὸν λογισμὸν. Qui verò ex vigiliis aut aliquo animi affectu febricitant, postquam benè laveris, cibo humido & boni succi reficere expedir. Vinum verò his, qui vigiliam passi sunt, intrepide offerre, nisi capitis dolore premantur, aut pulsus venarum in temporibus sentiant. Labori quietem, vigiliis verò somnum, ira autem & furori atque tristitia, sermonibus, actionibus, spectabilis animi jucunditatem. Sic, qui cogitatione laborat, omnes ratiocinationes omittat.

CAPUT XXII.

curatio ephemeræ habentis causam præsentem inflammationem.

POTest hæc ad tria capita reduci, prout à triplici oritur causâ. 1. ab inflammatione externarum partium. 2. levi obstructione cutis. 3. à cruditate.

Ab inflammatione externarum partium ephemeram, quod attinet exortam, dari febres à BUBONE, testantur Galenus 1. different. febr. cap. 5. & Iben Sina.

Nomen Bubonis dupliciter sumi potest. 1. GENERICE, prout notat quamcunque glandularum inflammationem, in collo, alis, ingvine, secundum aures, quo sensu Galenus 4. aphor. 4. accipit. 2. SPECIATIM sumitur pro bubone inguinali. Nos quamcunque externam inflammationem, nullam verò internam à quâ putridæ oriuntur, intelligimus. Febres enim inde exortæ accessiones habent, auctore eodem citato loco.

In talibus febribus ex ingvine calorem ad cor deferri volunt, non autem vaporem putridum qui ex putrescentibus in ingvine exhalat humoribus.

Chirurgia. VENÆ SECTIO convenit, ut materia revulsoria & derivatoria, cum omnia benè habent & nulla veneni suspicio. Convenit ut præsens remedium, ratione plethoræ, evacuando, ratione effervescentiæ, ut oportuum auxilium, refrigerando, & ventilando, ut sedativum, optatissimum, ratione motus sanguinis inordinati. Optimus etiam est putredinis in sanguine averruncus, cum *putredinis transitus* metuitur in putridam.

LOCUS. Instituaturnā *κατὰ τὴν*, servatâ rectitudine: si in colli glandulis, aperiatur mediana, si adsit plethora: aliàs cephalica.

Φαγµανεία. Repellentia conveniunt in principio, in corpore non adeò impuro & cacochymiz subjecto, & bubone à causâ aliquâ externâ oborto, nempe ob laborem, motum, nulla in parte internâ nobiliori fomitem subministrante. Vel applicari eadem possunt circumferentiæ.

Digerentibus & suppurantibus si opus, illa etiam adhibenda.

Dieta cum priori coincidit.

Curatio ephemeræ à cutis obstructione levi.

Επὶ ἐμφορῇ Δὲ γλίχρονς χυμοὺς καὶ παχεῖς, ἀδιαπύκ-
ντων καὶ δριμυτέρων γνομένων Δὲ ἀδιαπύκνισιν τῶν πε-
ρ πύκνωσιν per obstructionem à viscosis crassisque humoribus, dum
excrementa per meatus non perspirant oclusos, sicque acriora sunt,
curatio sedulo attendenda: illaque curiosè proponitur ab A-
lexandro Tralliano lib. 12. cap. 1.

Duplex constituitur ab eodem: una fit à copiâ: al-
tera à crassitie & lentore humorum.

Alii densitatem cutis duplicem ajunt, unam à FRIGO-
RE aut ASTRINGENTE aliquâ re: alteram à causâ EX-
SICCANTE.

Utriusque ratione curatio variatur.

I. Chirurgia. Cum metus μετὰ πύκνωσιν in putridam
non sit de nihilo, cogitari posset de venæ sectione.

Venæ sectio convenit, & autore Tralliano omninò
præmittenda, si obstructio à copiâ humorum oriatur. εἰ γὰρ
μὴ κενώσας τοῖς χαλαστικοῖς ἢ Διὰ Φορῶν βαλεῖται τις χηρῶν,
μεγάλων κακῶν αἴτιον γίνεσθαι. Nisi enim vacatione omisâ la-
xantibus aut discutientibus uti quis voluerit, malorum multorum
autor erit. Ἐν ᾧ πλὴν τοῦ μὴ εἶναι τὴν ἐμφορῶν ἐργασίμους,
ἀλλὰ γλίχρον καὶ παχεῖς χυμοὶ, si copia non adsit, sed visci-
di & crassi humores obstructionem pepererint, & δὲ Φλεβο-
τομεῖν, mittendus sanguis haud est; sed decoctis potius uten-
dum τοῖς λεπυρώδεις, ἀντὶ τῆς θερμαίνοντι διωαμένοις, quæ extenua-
re possunt, ita ut non calefaciant.

MEDICAMENTIS ergò solis hîc negotium expe-
dire conducit. Et primò quidem corpus metu febris putri-
dæ leniter evacuari potest.

Præmissio digestivo ex ☿ Glato, cum Θ absinth & centaur. minoris, exhibeatur extractum catholicum purgans.

ALTERANTIA varia hîc conveniunt. Aquæ aperientes epaticæ & spleneticæ sunt ex usu.

Trallianus lib. 12. cap. 1. ubi antea monuerat, esse utendum decoctis τοῖς λεπτύνειν αἷμα & θερμαίνειν δυναμύσιν, quæ sine calefactione extenuant, rejicit serpillum, calamentum, hyssopum, origanum, rutam δερμυπέρης ἐργαζομένης τὸν πυρετὸν. Eligere autem jubet, quæ abstergere & attenuare citra caliditatem possunt.

Commendat ergo oxymel ῥύπλον ὑγροαίως καὶ τὰς πυρετὰς μὴ παρεξύνον, generose abstergens, & febres non exacuens, non in omnibus tamen, sed illis solum, ἐφ' ὧν ἰδρυται αἷμα πικρὸν καὶ παχέα καὶ ψυχρὰ πλετώματα, καὶ τοῖς φλεγματώδῃ καὶ ὑγρὰν ἔχοντι τὴν κρᾶσιν, in quibus cruda crassaque recrementa herent, ad hæc qui frigido & pituitoso sunt temperamento: & in quibus cruditates repletiones & otiosa vita præcesserint. Rejicit tamen idem in calidioribus temperamentis, & τὴν πτισάνην ptisanam præfert.

AB AERE frigido obstructio pororum cutis si adjuvetur, INTERNE diaphoretica, & pulveres febrifugi conveniunt, ut ☿ diaphoreticum.

INTER EXTERNA imprimis commendatur BALNEUM à Galeno s. θερμαυντική μεθόδῃ cap. 2. τούτοις οὖν τοῖς σώμασιν, ὑγιεινότερα μὲν λειψὰ γλυκίων ὑδάτων εὐκρότων, καὶ τρίψις δραιομένη, καὶ γυμνάσια σύμμετρα, καὶ διαίτη γλυκύχυμος. His igitur corporibus saluberrima est ex aquâ dulci & temperatâ lavatio, tum frictio, quæ rarefacit, & exercitationes mediocres, & victus, qui dulces efficiat succos.

Balneum antiquitus usu receptum erat. Nostris temporibus commendare illud non ausimus. Loco ejus

Rx. ol. chamamelini ℥j,

stillatitii ejusdem cœrulei ℥℥.

Σ. eussertlich Del / den Rückgrad zu bestreichen.

Victus sit refrigerans. Ptisana hordeacea vel avena-

cea, ex alicâ cum succo granatorum, si habitus mediocris:
& tenuissimus fit, si habitus carnosus.

VINO interdendum, quia humores pravy in venas
liberalius distribueret, & obstructions auget.

CAPUT XXIV.

Curatio febris quæ semel tan-
tùm accedit, deinde desinit, ab
ἀπεψία seu cruditate ortæ.

SI fiat ab ἀπεψία seu cruditate, cautè itidem proceden-
dum. H ἀπεψία duplex est autore Tralliano loco citato: 1.
γίνεται διὰ θερμότητος, sit per caliditatem. 2. διὰ ψυχρὰν δυ-
σπεσίαν, per frigidam intemperiem: hæc ex calore diminuto,
illa nimium aucto.

Unam ἀπεψίαν κνισώδην cruditatem nidorofam: alteram
ὀξωδεστέραν acidam vocat. Ex acidâ cruditate rariùs ephē-
meræ oriuntur.

Chirurgia. V. S. non convenire omnes fatentur, nisi in
summâ plenitudine, ne in putridam degeneret. Zacutus Lusit-
anus lib. 3. de praxi admirandâ in diariâ ex cruditate sangvi-
nem ait esse missum lethali cum eventu.

Φαρμακεία in auxilium adsciscit VOMITORIUM leve
vel dejectorium. Ἀμύχανον γὰρ πλείως ἀποπαύσαδ' τὴν ἐνο-
χλοῦσαν διὰ τῆς καὶ οἷον ἐκ ρίζης ἐκκοπῆναι μὴ τῆς ποιούσης
αὐτῇ αἰτίας ἀναγεθείσης. Fieri nequit, inquit Trallianus, ut
infestans affectus ex toto conquiescat, & veluti radicitus exscinda-
tur, nisi causa officio prius fuerit sublata.

Si itaque nidorofus cibus μετέωρος in ventriculo fue-
rit detentus sublimis, jubet ὕδωρ θερμὸν bibere: abstergit
hæc, ad ventrem deducit, & per venas distribuit. Dígito im-
misso in guttur ventriculus irritetur.

Ejus loco vel ∇ hordei seminibus citri alteratam, vel
jus pingue cum corticibus citri coctum, cum Mercurii vite g.
iij. ex-

iii. exhibere possumus. Locum hñc habet Θ Θ li, ∇ benedicta Rulandi.

Si alvus ob cruditatem fluat, in ephemerā ex cruditate vomitum requirit, statim, dum adhuc in principio & primis viis consistit causa, ne in plures dies protrahatur, & saburra venis communicetur. Suadet id *Grembsius lib. 2. cap. 2. de febribus t. 67.* qui singularis in hoc est, quod diariæ sedem constituat ventriculū, causamque vitiatum cibum, unde vomitu peracto febris cessat.

In actu PRÆSERVATIONIS etiā vomitus præcipuum momentum habet, in iis, quibus ventriculi salus claudicat. Impetum sanē & influxum in vasa prohibet vomitorium, ad originem revocat $\mu\iota\alpha\sigma\mu\alpha$, ne originem febris præbeat.

Rx. Θ Θ li $\mathfrak{z}$ j,

rad. asari pulverisate $\mathfrak{z}$ ß.

S. Brechpulver uff 1. mahl.

Rx. pulv. asari $\mathfrak{z}$ ß.

S. Brechpulver.

Rx. pulveris julorum juglandis $\mathfrak{z}$ j.

S. Brechpulver.

In nidorosa colluvie

Rx. feri lactis destillati $\mathfrak{z}$ j,

sirupi cicchor. cum rhabarb. $\mathfrak{z}$ iß,

$\mathfrak{z}$. Θ lati $\mathfrak{z}$ ß. M.

Rx. extracti diaturb. cum rhabarb. $\mathfrak{z}$ ij,

sirup. è succo viol. $\mathfrak{z}$ ß. Adde

feri lactis destillati $\mathfrak{z}$ j,

acidi $\mathfrak{z}$, spir. Θ li g. x. irrorat. $\mathfrak{z}$ j,

ol. cort. citri g. iij. S. Exirtrāncflein.

Rx. decocti pulpæ tamarindor. $\mathfrak{z}$ ij,

sirupi rosar. soluti vi $\mathfrak{z}$ iij. M. F. Potio.

Rx. resina gialapii $\mathfrak{z}$ ß,

el. lenitivi $\mathfrak{z}$ ij,

conserva rosarum $\mathfrak{z}$ j. M. F. Bolus.

Clyster, si materia ad alvum vergat, communis idiomatis
injici potest, ex humectantibus & abstergentibus.

Διαφύσσις quoque excitari potest.

R. aq. borrag. ℥℔,

sympi acetos. citri ℥ij,

spir. ♀. ℥ij,

ol. rhodini g. iiij.

Add. spir. rosar. ardentis g. v. vel spir. vini camphor. g. x.

Misce. S. Schwitzträuflein. Dosis ℥ij.

Διούρησις excitatur.

R. ☉ preparati ℥j,

salis conchar margaritifera. g. v. S. Urinreibendes

Salzlein.

ALTERANTIA INTERNA

R. rosar. rubrarum, violar. a Mj,

aqua cichorii, acetosa

bugloss. borrag. a ℥x,

spir. ☉ li ad acorem.

Stent in calore arena mediocri. Filtra. Addatur sacchari albisimi
in aq. rosarum soluti inspissat. q. s. ad gratam saporem. S. Julep.

R. magist. coralliorum.

concharum margaritiferarum

fluviatilium a. g. v.

In charta S. Herkpulver zum Julep.

R. elix. Propriet. Paracelsi ℥j.

In vitro S. Magenstärkung.

R. elix. vitrioli Minsicht. ℥j.

S. Kräftiges Magen-Extract.

R. ▽ endiv. cichor. card. ben. a. ℥iiij,

vinctur. viol. rosar. mitioris a ℥j,

phlegm. ☉ li ℥j. Misce. S. Kühlende mixtur.

R. fecula ari, epat. rub. a. ℥ij,

corn. cerv. ust. ℥j.

M. S. Stärck Leber und Magen-Pulver / ij. Messer-Spi-
ßen zu gebrauchen.

R. trag. stom. Quercetani ex radice ari ℥j.

S. Stärckpulver.

Gale-

Galenus 3. methodi medendi cap. 5. commendat in diariâ & cruditate medicamentum, quod à triplici pipere διὰ τριῶν πιπέρων, nomen habet. Commendat etiam τὴν διὰ τῶν κυδωνίων μήλων. ἐξωθεν δὲ πάλιν ἐπιτίθειεν κοντὰ τῷ στομάχῳ πορφύρεαν ἔχουσαν γάρδῳ καὶ ἀψιθίας καὶ μασίχης γὰρ ταῦτα θερμὰ ἐπιτίθει, διὰ τὸ μὴ ἐκλύεσθαι τὸν τόνον τῷ στομάχῳ, quod ex malis citoniis paratur. Extrinsecus autem rursus ventriculo purpuram nardino, absinthio & mastiche imbutam applicari jubet calidam, ne ventriculi robur dissipetur.

Alexander Trallianus verò, καὶ παρακρίνει ἐπιτελεῖν μοι, inquit, πῶς ὁ Θεόφιλος Γαλιένος ἐν τῇ θερμικῇ πραγματείᾳ τοῖς θερμαίνουσι κεχρημένῳ φαίνεται, mirari jubet, quomodo Galenus calidis in hac curatione usus fuerit.

Ipse autem calidiora improbat, καὶ ταῦτα λέγω, inquit, ἔδαμῶς εἰς ἀντιλογίαν ἀφορῶν, ἀλλ' ὅτι μοι τὸ ἀληθὲς ἔτι εὐφάνη ἔχον. δεῖ δὲ τὸ ἀληθὲς πάντως προτιμᾶν αἰεὶ. Non hoc dico, inquit, contradicendi studio, sed quod veritas, cui omnia postponenda censeo, fiet.

Johannes Herculanius quidem excusare conatur Galenum, quod in acidâ cruditate commendet, non in nidosâ. Sed in utraque eam compositionem Galenus laudat.

Rectè Sennertus, tutius fuerit aliis commodioribus & minus calefacientibus cibum illum corruptum ad inferiora promoveri.

Exterius ventriculi regio inuagatur ratione diversæ cruditatis calidis aut temperatis.

Rx. ung. rosati albi ʒß, sp. diatr. santal. ʒß,

ol. rhod. caryoph. cinam. a. g. iij,

moschi, ambr. a. g. ij. M. S. Sälbelein.

Rx. olei stomachalis Cratonis ʒß, nucis moschata expressi ʒj,

caryophyllorum, ʒß M. S. Magen-Balsam.

Rx. ceroti stomachalis ex laudano Crat. ʒiiij,

resine tacamahaca ʒj, ol. citoniorum q. s.

Malax. & obducatur extrorsum in corio sindone rubrâ. S. Magen-Pflaster.

DIÆTA aspiret capitis. Sic omnia feliciter cedent.

CA.

CAPUT XXV.

Curationes quædam ex hypothesi recentiorum.

ASERO si oriantur diaria, illius diminutioni invigilandum, & instrumentis illis obviam euntibus innitendum.

A CIRCULATIONE impeditâ si oriantur, idoneis remediis expedienda illa liberi cursus impedimenta.

A CORINÆ curationes diariis etiam applicandæ.



BARTHELDUM medicam didicisse fideliter artem, publica testantur documenta, febrisq; vocata unius illa diei nunc curatio scitò ordine, quin methodi pulcro fabricata tenore. Gratamur juveni perceptos inde laborum fructus, fortunâq; frui constante precamur.

Euſtathius Evenæ f.

Johann. Theodorus Schenck,

M. D. P. P. Rector Academia designatus, hodiè DECANUS.

EXponis quæ sit, Barthelde, diaria febris: ponitur hinc capiti cara tiara tuo.

Honores bos optimè meritos Nobiliss. atque Clarissimo Domino Doctorando felices & auspiciatos exoptat

*Joh. Arnold. Friderici,
D. P. P.*